

GRAMMATICA

ARAMAICA SEU SYRIACA

PHILOLOGICE EXPOSITA JUXTA UTRUMQUE SYSTEMA,

ORIENTALE SCILICET ET OCCIDENTALE,

COLLATIS ARABICA, HEBRAICA CETERISQUE LINGUIS SEMITICIS,

ATQUE PRÆMISIS COPIOSSIMIS PROLEGOMENIS DE VARIIS

QUÆSTIONIBUS LINGUAM SYRIACAM RESPICIENTIBUS

QUAM AUCTOR

C. J. DAVID

ARCHIEPISCOPUS SYRUS DAMASHI

EX PRIMA SÆA EDITIONE ARABICA, COLLABORANTE IN PARTE

ALOYSIO RAHMANI

ARCHIEPISCOPO SYRO ALEPENSIS

LATINAM FECIT, MAGNOPERE LOCUPLETAVIT

AC APPENDICE DE PROSODIA SYRIACA AUXIT.



MAUSILI

TYPIS FRATRUM PRÆDICATORUM

M DCCC XCVI

TOUS DROITS RÉSERVÉS



DOCTISSIMO NECNON DESIDERATISSIMO

DOMINO

**CLEMENTI JOSEPHO DAVID**

ARCHIEPISCOPO SYRO DAMASIENSI

E VIVIS ANNO M DCCC XC SUBLATO

PRÆSENS OPUS

AB IPSO A PLURIBUS JAM ANNIS

EX ARABICA IN LATINAM LINGUAM TRANSLATUM

ET HACTENUS

VARIAS OB CAUSAS

TYPIS NON MANDATUM

IN GRATITUDINIS AC VENERATIONIS

TESTIMONIUM

LIBENTER DEDICAMUS

A  
v  
ja  
ce  
q  
le  
ti  
n  
r  
s  
i  
q  
p  
n  
O

ru  
ca  
de  
se  
s  
p  
ce  
g  
to  
cl



## MONITUM

Hoc qualecumque opusculum a me primo lingua Arabica compositum, Syriacæ amatoribus in Europa offerre volens latine malui scribere (quamquam hanc linguam jam inde a triginta annis cessante omnino usu dediscere ceperim), morem scilicet laudabilem sequens qui ante quinquaginta circiter annos in Europa vigeat ut libri qui lectoribus omnium nationum destinati essent, lingua Latina conscriberentur. Nemo enim non videt hunc morem majorem offerre utilitatem quam usum hodiernum doctorum Europæ ut unusquisque nativa lingua elucubrations suas que ad scientias referuntur, componat. Ceterum indulgentia me benigne habeant, queso, studiosi Europæi qui me legere dignabuntur, quod librum multas novitates portantem, nobilissima, mihi tamen extranea, lingua Latina ineleganter et forte incorrecte scriptum, illustrissimo Orientalistarum cœtû offerre ausus sim.

Cum autem multi sint soni lingue Syriacæ ceterarumque linguarum Semiticarum quibus sermo Latinus caret, cumque linguam Latinam (incredibile dictu et valde dolendum!) non uno hodie modo legant populi Europæi, sed tot sint rationes litteras Romanas pronunciandi quot sunt populi, imo tot fere sint systemata sonos extraneos per elementa Latina figurandi quot sunt scriptores (qui ceteroquin, et hoc etiam inter populorum Europæorum singularitates recensendum est, negligunt ut plurimum lectorem instruere de ratione legendi systematis a se adoptati), cumque denique id quod litteratorum ac eruditorum duces

sæpe animo conceperunt, adhuc ad effectum nescierunt perducere, ut scilicet unicum systema instituat<sup>r</sup> universale et definitum ab omnibusque auctoribus qui scriptura Romana utuntur, observandum, quod omnes soni linguarum mundi per certas, expeditas ac uniformes figuras exprimantur, mihi visum est necessarium declarare qualem rationem in hoc opere secutus sim in transcribendis per litteras Latinas sonis Syriacis seu in genere Semiticis, ut possit lector eos recte pronunciare, aut saltem tentare, aut ad minimum ab invicem approximative distinguere.

### Valor Vocalium

Omnis vocalis quæ signo caret, semper brevis est si eam una tantum consonans sequitur, quemadmodum a et e proferuntur ab Italis in *chiamero*. Si duæ consonantes sequuntur vocalem in eadem voce, ea pronunciatur clausa ut efferuntur tres primæ vocales ab Italis in *mercanteggiare*.

**A** Hoc signum significat vocalem producendam esse; ex. gr. *âcôre*, pronuncia quasi *aacoore*.

**Â** Pronunciatur semper ut apud Italos et Gallos.

**E** Item. Nunquam est muta ut apud Gallos.

**Ë** inversum pronunciatur inter e et i Gallorum, fere ut Angli pronunciant e in *carpet*, *former*, estque semper clausum. — Simile habetur cum duo e muta ut dicunt in eadem voce se invicem sequuntur, ex. gr. *chevelure*.

**I** Sonat ut apud Italos et Gallos. Nunquam est consonans nisi in diphthongo.

**J** Nunquam est vocalis sed semper consonans ut videbitur infra.

**O** Sonat ut apud Italos et Gallos.

**U** Pronunciatur ut apud Italos et Germanos. Nun-

quam consodans est nisi in diphthongis AU et EU ut videbis infra . Nunquam sonat ut u Gallicum .

W Non est unquam vocalis sed semper consonans ut videbis infra .

AU Sonat ut in *aula* Italorum, *haus* Germanorum.

AI Sonat ut in *bailo* Italorum, *haizer* Germanorum.

EU Sonat ut in *euro* Italorum, *leute* Germanorum.

## Valor Consonantium

1 NOTA . Litteræ , quæ hic non nominantur , sonant prorsus ut apud Italos , Gallôs , etc .

2 NOTA . Nulla littera mutat sonum aut silet propter adjacentem litteram . Igitur ex . gr. *agnus*, *atho*, *eljam*, *naso* leguntur *ag-nus*, *at-ho*, *et-jam*, *na-so* .

◌̣ = Spiritus tenuis respondens *hamzæ* Arabum sonumque dans gutturalem levissimum .

◌̣̣ = ع Arabum . Est fortissima gutturalis procedens ex eodem organo ex quo exit sonus *hamzæ* de qua mox .

C = ك Arabicum , sonat semper ut *k* .

C' = Sonat ut *ch* Anglicum in *champ*, ut *e* Italicum in *cera* .

D<sup>h</sup> = د Ar. , *th* Angl. in *that*, DELTA Græcorum .

D<sup>hh</sup> = ض Ar. Sonus proprius Arabibus . Est D<sup>h</sup> exaggeratum seu emphaticum . Lingua Keltica videtur simillimum sonum habere, saltem in dialecto Hibernica, ( Irlandica ) .

G = ج Ægyptiorum . Sonat semper ut *g* durum in *guttur* .

G<sup>h</sup> = غ , GAMMA Græcorum . Sonat ut *r* provinciale Gallorum quod dicitur *r grasseyé* .

G<sup>i</sup> = ج Syriæ, *g* Italorum in *giro*, *j* Anglorum .

H =  $\text{h}$ , *h* Anglorum et Germanorum.

H<sup>h</sup> =  $\text{ح}$  Hic sonus ignotus est in Europa. Est *h* fortissime aspiratum.

J =  $\text{ي}$  consonans, *y* Angl. in *yard*, Gallorum in *yacht*, Germanorum in *ja*, Ital. in *jeri*.

K<sup>h</sup> =  $\text{خ}$  Arabum, *ch* Germ. ex. gr. *kochen*, *lachen*, *j* Hispan., cū Græc., sed magis aspiratum.

Q =  $\text{ق}$ , difficillima Europæis consonans gutturalis, seu potius palato-gutturalis.

S =  $\text{س}$ , semper durum habet sonum, nunquam sonat ut *z* Gall. etiamsi inter duas vocales veniat, ut *rosa*, lege *roça*.

S<sup>h</sup> =  $\text{ش}$ , *sh* Angl., *ch* Gall., *sch* Germ., *see* Ital. in *scella*.

S\* =  $\text{ص}$ , sonus Europæis incognitus. Est S exaggeratum, seu emphaticum.

T<sup>h</sup> =  $\text{ث}$ , *th* Angl. in *thick*, THETA Græc., *c* Hisp. in *cera*.

T<sup>t</sup> =  $\text{ط}$ , est T exaggeratum seu emphaticum.

T<sup>hh</sup> =  $\text{ظ}$ , sonus Arabibus proprius. Est T<sup>h</sup> exaggeratum.

W =  $\text{و}$  consonans, sonat ut *w* in *wake* Angl., ut *u* in *uopo* Ital.

Z =  $\text{ز}$ , est semper dulce ut apud Gallos.

Z<sup>h</sup> = sonat ut *j* Gallicum in *jour*, *gibier*.



n  
C  
p  
fi  
fe  
qu  
cu  
qu  
on  
ni  
Sy  
di  
Sj  
la  
de  
—  
scil  
Ang  
et ad

# PROLEGOMENA

DE LINGUÆ SYRIACÆ NOMINE, NATURA, DOTIBUS, HISTORIA,  
DIALECTIS, ALPHABETIS, LITTERATURA, CUM CETERIS  
LINGUIS COMMERCIO, ALIISQUE.

## CAPUT I

DE LINGUÆ SYRIACÆ DEFINITIONE.  
NOMINE ET PRÆSTANTIA.

Syriaca lingua olim erat vernacula antiquissimæ nobilissimæ atque populosissimæ gentis quæ amplam Asiæ Occidentalis partem incolebat, Syriam, inquam, Mesopotamiam, Assyriam atque Babiloniam cum vastissimis finitimis regionibus; qui quidem amplissimus Asiæ tractus fere omnis ab Hebræis *Aram* nuncupabatur, propterea quod ab Aram filio Sem ejusque progenie occupatus ac cultus fuerit; istoque Aram nomine in veteri Testamento quod hebraice primo scriptum est, præfatæ regiones fere omnes nuncupantur. Ea de causa Syriaca (1) lingua non nisi *Aramaica* in veteri Testamento vocatur (2); ipsique Syri suam linguam sæpissime hoc nomine usque ad hunc diem distinguunt in suis scriptis.

Quoad alteram vero hujus linguæ denominationem, *Syriacæ* nempe, nonnulli inter Europæos opinati sunt illam a Græcis invecam Aramaisque appositam fuisse, indeque apud ipsam Syram gentem ceterosque populos

---

(1) Cum in hoc etiam populi Europæi inter se dissentiant, in scribenda scilicet littera majuscula nominum initio, nos in toto hoc opere adoptamus regulam Anglorum quam magis rationalem videmus; nominum igitur propriorum nec non et adjectivorum ab eis derivatorum initium semper littera majuscula scribimus.

(2) Vid. II Reg. 18, 26; Isai. 36, 11; Dan. 2, 4; Esd. 4, 7.

prevaluisse ad hanc diem(1). Quod merum est assertum, veritati dissentaneum, tum quia nullo argumento probari potest, tum quia in contrarium habemus quod varii populi qui adhuc lingua Syriaca, quamquam plus minus corrupta, communiter loquuntur, qui scilicet alii in regionibus Assyriæ atque Curdistani, alii in media Mesopotamia, alii denique in Syria prope Damasiuum, ex antiquissimis Syris adhuc supersunt, isti, inquam, populi linguam qua utuntur. quamquam variam, omnes *Syriacam* vocant, cum alii quidem, scilicet incolæ Assyriæ, linguam suam **ܐܘܪܘܟܐ** *sûrâth*, suamque gentilem **ܐܘܪܘܟܐ** *sûrâja* appellent; alii, nempe Mesopotamii, suam linguam **ܐܘܪܘܟܐ** *sûrjat* vocent; alii denique, videlicet Syriam incolentes, se loqui **ܐܘܪܘܟܐ** *sûrion* dicant; neque earum gentium ulla aliud nomen cognoscit. Jam vero cui credi potest tantam nationem integram, in tam remotas regiones dispersam, relicto sui generis suique sermonis genuino nomine, aliud illudque peregrinum advexisse, præsertim si ea nationalis esset quales sunt hodie gentes Syriæ de quibus sermo est, parum aut nihilum cultæ, rusticæ ac agriculturæ deditæ, nullumque commercium cum aliis populis habentes,

(1) Qui hujusmodi opinionem susceperunt sunt docti in Europa qui studiis Hebraicis vacant; quorum maximum argumentum est quod nusquam vocabulum *Syri* in veteri Testamento occurrat, quasi vetus Testamentum nomina omnium populorum et gentium deberet continere. Nonne Curdorum atque Turcarum nomina, ex. gr., in s. Scriptura desunt? Quis inde concluderet hæc nomina in propriis linguis non existere? Prædicti eruditi in eo etiam errant, quod dialectos Aramaicas in Syriaca lingua distinguant, quasi Aramaica lingua sit genus et Syriaca species, illam scilicet quam nomine *litteralis* distinximus; hæc autem Europeanorum doctorum distinctio nullo nititur fundamento, nam ut in textu expositam est, utraqueque gens ex his quæ dicti eruditi Aramaicas nuncupant, seipsam *Syram* vocat. Imo si aliquis debet fieri ordo inter hæc duo nomina, nomen *Syroorum* magis genericum est; nam omnes populi qui linguam Syriacam loquuntur, a finibus Persidis usque ad Iordanum, *Syros* se vocant; nomen autem *Arameorum*, strictè loquendo, non convenit Syris orientalibus, cum si non ab *Aram* descenderint sed ab *As<sup>h</sup>shar* ejus fratre. (Vid. Gen. 10, 11 et 33.)

in multo minus cum Græcis a se terra marique longe distitis? Certum est igitur Græcos, cum nationi Aramaicæ nomen *Syrorum* dederunt, hoc nomen non suo Marte effinxisse, sed ab ore ipsorum Syrorum audivisse, habito cum iis frequentissimo vastissimoque commercio. Quandonam autem nomen Syrorum ab Aramæis assumptum sit, qua ratione, ubi primo; cur hoc nomen nunquam in veteri Testamento memoratum inveniatur; utrum ex duobus nominibus vetustius sit, an *Aramæum* vel *Syrum*; cur in vernaculis dialectis Syrorum populorum ad hunc diem superstitem nullum existat vestigium nominis *Aramæi*; cur etiam nominis *Aramæi* nulla apud exteros scriptores scilicet Græcos et Romanos, vel fere nulla inveniatur mentio, fatemur omnes istiusmodi quæstiones, considerato scientiæ actuali statu, insolubiles omnino esse, quidquid de illis aliqui in Europa eruditi tentaverint dicere.

De nomine autem *Aramæo* quo Syri noscuntur, non est dubitandum illud genuinum, ac nationale esse. Non licet enim cogitare istud nomen Syris ignotum fuisse ipsosque a Codice sacro Hebraico illud didicisse. Nam etiamsi detur, quod tamen incertum est, interpretem Syrum V. Testamenti ideo Syris Syriacoque sermone nomen *Aram* dedisse quod illud in textu Hebraico legerit, hoc tamen verum esse nequit quoad Novum Testamentum; interpres enim Syrus librorum N. Testamenti, ubicumque vidit nomen *Græci* sensu *ethnici* seu non *Judæi* usurpatum, illud per vocem <sup>2 2 2</sup> *أراميا* *aramâja* id est *Aramæus* reddidit. — ( Conf. Rom. 1, 16; 10, 12; 1 Cor. 1, 22 et 24; Galat. 3, 28 ). Item in Luc. 4, 27; ubi textus Græcus vocat Naaman *Syrum* (græc. *συρος* ) interpres Syrus eum <sup>2 2 2</sup> *أراميا* ( *Aramæum* ) nuncupavit. Ex quo evidenter liquet

nomen Aramæi notissimum atque vulgare fuisse ipsis Syris, seposito veteri Testamento ac Hebraica lingua, ita ut antiqui Christiani illud ad denotandum hominem ethnicum seu non Hebræum constituerint, ad imitationem Græcorum qui non Hebræos per *Græcos* designabant in Christiana Ecclesia, vel potius Græci Syros imitati sunt, quia primi Christiani Aramæi erant. Etiam apud Hebræos Rabbios nomen *Aramæi* est synonymum non Judæi seu *ethnici*. Neque desunt hujus nominis *Aram* vestigia in antiquis monumentis aliorum populorum præter Hebræos. Huc enim referendum est nomen *Arimorum* quod apud Homerum (*Il.* 11, 783) et Hesiodum (*Theog.* 304) legitur. — (Conf. Strab. Geogr. l. XI pag. 473 et l. XVI p. 464.)

Ceterum quanquam certum est nomen *Syrorum* non a Græcis inventum esse, sed primitivum huic nationi ac genuinum esse ut vidimus, attamen inficiandum non est nomen *Syriæ* Græcæ originis esse ut patet ex ejus grammaticali forma, ab ipsisque Græcis ad Syros transiisse, qui ex illo tempore huic regioni in suis scriptis nomen <sup>ⲛⲟⲩⲟⲩ</sup> <sup>ⲛⲟⲩⲟⲩ</sup> dant. Notandum tamen est hoc *Syriæ* nomen nunquam ab Arabibus genuinis adhibitum fuisse etiam postquam hanc regionem occupaverunt. Neque mirum est *Syriam* apud ipsos Syros nullum proprium nomen habuisse ita ut nomen *Syriæ* a Græcis huic regioni imponi necesse fuerit; nam et Arabes ipsi nullum proprium nomen regionis quam incolunt unquam habuerunt, ita ut Græci debuerint ex *Arabum* nomine vocabulum *Arabice* formare, quod nomen a Syris assumptum est modo, ut ita dicam, stupido, cum dixerint pure et simpliciter <sup>ⲛⲟⲩⲟⲩ</sup> <sup>ⲛⲟⲩⲟⲩ</sup>, nulla habita ratione litteræ *sin* quam Græci nomini ideo non apposuerunt quia hanc articulationem



non habent neque eam efferre possunt, quamque Syri ignorare nequeunt cum nomen Arabum apud ipsos **كرد** hanc litteram luculenter habeat. Sicut igitur nomen Arabiæ a Græcis invecum nullum est argumentum nomen Arabum Græcæ esse originis, ita nomen Græcum *Syriæ* nullo modo probat nomen *Syrorum* Græcæ esse originis. Denique observandum est non eam tantum regionem quæ a Græcis *Syria* dicta est, a Syriaca natione inhabitatam fuisse: haud mirum est igitur regiones quas Syri incolebant, non uno nomine ab ipsis fuisse designatas. (1)

Porro hæc lingua Syriaca seu Aramaica una est ex illis linguis quas *Semiticas* eruditi nuncupant, utpote

(1) Doctus Smith auctor lexici Syriaci et Latini in explicanda voce Aramæus, ait **ܐܪܡܝܐ** et **ܐܪܡܝܐ** antequam verbo *Syrum* significasse, et revera idem esse vocabulum: quod enim Occidentales **ܐܪܡܝܐ** pronuntiabant, ille Chablaeos **ܐܪܡܝܐ** vocasse. Quum autem Christiani facti sint, sese **ܐܪܡܝܐ** appellasse, utpote qui moribus, cultu, deis mutatis, etiam nomen antiquum abhorrebant; hoc modo nomen **ܐܪܡܝܐ** penitus abolitum esse, sed cultu Sabæo apud Harranenses perdurante, sese adhuc **ܐܪܡܝܐ** appellasse; unde hoc vocabulo alias *Harranensis*, *Sabæus*, *Nabatæus* alias ethnicus, paganus significatur. —

Deinde citat *Renan* ubi alia: Denique nomen *Aram* mutatum est temporibus regum Seleucidarum in Oriente in nomen *Syria* quæ vox nihil aliud est nisi abbreviatio vocis *Assuria* (*Athur* aut *Athuria* juxta Græcam pronuntiationem) usque generale nomen quod apud Græcos comprehendebat totam Asiam interiore. At vero nomen *Aram* non est penitus amissum in Oriente sed adhuc a Aramæis qui christianam religionem non sunt amplexi, nisi sunt Nabathæi et habitantes urbis Harran, quapropter vox *Aramæa* evasit apud eruditos lingua Syriacæ synonymum vocis Sabæi vel ethnicæ. Ex hæc concluditur quod universus Syria per orientem et occidentem ante Christum vocabatur a suis *Aramæi* aut *Athuria* prout vocatur semper in sacris scripturis et quod nomen *Syria* non erat nisi abbreviatio *Athuriæ* facta per Græcos qui crebri erant in regionibus Aramæis post Magnum Alexandrum, mutato *Th* in *S* ob facilitatem pronuntiationis. Deinde quando Aramæi Christianam amplexi sunt religionem, antiquum nomen neglexerunt adhiberuntque nomen *Syrorum* ut discrimen inter se et ethnicos poneretur. Non ergo nomen *Syri* ad gentem sed ad religionem designandam et usque in hanc diem antiquorum Aramæorum qui nunc exstant reliques in *Athur*, *Adorbujan* et monte *Athin* adhibent vocem **ܐܪܡܝܐ** *Syri* (quam lingua eorum vulgari dicunt **ܐܪܡܝܐ** uno solo sicut *Athuria*) non ad denotandam gentem sed religionem; est enim hæc vox apud eos idem ac **ܥܘܕܝܢܐ** Christianus. — (Anotatio revisoris.)

quibus soboles Sem filii Noe utuntur (1). Principales vero linguae Semiticæ sunt Arabica, Hebraica, Phœnicia, Aramaica, Æthiopica (2), cum variis earum dialectis. Sunt inter doctos qui linguam Ægyptiacam cum linguis Semiticis adnumerant. Propterea autem Arabicam linguam ante ceteras nominavimus quia hæc lingua, fatentibus omnibus melioris notæ criticis, est omnium linguarum Semiticarum nobilissima quatenus lingua locupletissima, ejusque cognitio necessaria est omnibus qui perfectioribus ceterarum dialectorum Semiticarum, præsertim Syriacæ, studiis vacare volunt.

Si linguam hanc specialiter cum Hebraica conferimus, videmus Syriacam linguam longe superiorem esse Hebraicæ quamquam hæc multis abhinc seculis famam celebritatis præ ceteris linguis Orientalibus in Europa propter V. Testamentum adeptæ sit. Eteum lingua Syriaca ita prisca temporibus diffusa ac apud plurimos populos Syris vicinos dominata est, ut variæ locutiones et formæ grammaticales ex lingua Syriaca in ipsam Hebraicam transierint, teste veteri Testamento hoc idiomate conscripto, necnon et in linguam Phœniciam, ut testantur ejus antiquissimæ inscriptiones, in Persicam antiquam, *Pehlevi* dictam, aliasque.

Jamvero Syriaca lingua quibusdam prædita est proprietatibus quæ eam a ceteris Semiticis linguis distinguunt. Inter quas sequentia memorare lubet:

I. Quod nomina substantiva nullum habent articulum determinativum in lingua Syriaca.

(1) De hujus denominationis exactitudine questionem volumus hic tangere, ut adeo que extra nostre disquisitionis sphaeram sita est.

(2) Æthiopes in veteri Testamento *Cushite* appellantur, atque ad stirpem Hæm seu Chàm fratris Sem referuntur: sed hoc non impedit quinimus hujus populi linguam semiticam appellamus sicut ceteras quas enumeravimus. Idem dicatur de Phœnicis.

II. Quod lingua Syriaca peculiarem habet particulam ad significandum regimen genitivi, videlicet præpositionem *DE* quæ nomini præfigitur.

III. Quod *min* pluralitatis in pronomibus (1) personalibus in *nun* convertitur.

IV. Quod dualis omnino a lingua Syriaca perditus est. nullo relicto vestigio præter duas aut tres voces.

V. Quod vocales breves regulariter expunguntur.

VI. Quod nomen singulare, item et plurale habens signum feminini, in *a* semper exeunt (2) nisi aliquid illis adhæreat.

VII. Quod *nun* in quibusdam vocabulis primitivis in *res<sup>h</sup>* mutatur.

VIII. Quod Syriaca lingua quamdam habet verbalem formam quæ a ceteris linguis Semiticis perditæ est, videlicet formam *saf<sup>el</sup>* et *sh<sup>af</sup>tel*.

IX. Quod nomina composita in lingua Syriaca abundant præ ceteris linguis Semiticis.

X. Denique quod vocabula usu communiora solent modificationem subire per litterarum vel vocalium elisionem, mutationem, substitutionem, etc.


Non est nostra opinio Aramaicam linguam omnium linguarum Semiticarum esse philologice antiquissimam ut nonnulli asseruerunt, multoque minus eam omnes mundi linguas antiquitate superare ut alii sine ullo fundamento aut ratione contenderunt, sed eum doctis viris critice insignibus fatemur inter omnes Semiticas linguas Arabicam esse quæ ad omnium linguarum Semiticarum matrem

(1) Substitutio *nun* pro *min* in nominibus non est propria linguæ Syriacæ: eam enim habet et lingua Arabica quæ est. ut ita dicam, archetypum omnium linguarum Semiticarum.

(2) Etiam nomen plurale non extans in *tan* habebat antiquitus istud a emphaticum finale, ut ~~ܡܢܢܐ~~ *viri*; quod et hodie etiam in multis nominibus extat.

magis accedat vel si mavis quæ eas omnes antiquitate philologica superet. Attamen nullus est locus dubitandi quin lingua Syriaca summa antiquitate prædita sit cujus initium assignari nequit. (1) Certe dolendum summopere est quod vicissitudines temporum nullum nobis reliquerint nationale documentum de vetustissimis Aramæis qui celebritatem attigerunt maximam, præsertim in imperiis Babylonis et Ninives, de quibus historia antiqua testatur ad quantum culturæ, expolitionis et potentie gradum pervenerint, quæque omnium mundi civitatum sunt antiquissimæ. Attamen, præter prædicta historica monumenta, præstantius firmissimum habemus testimonium de linguæ Aramaicæ antiquitate ex lapideis monumentis quæ in antiquis Ninives et Babylonie sitibus alibique inde a præteriti seculi initio detegi cœperunt, quæque scripta sunt antiquissimo Aramæorum alphabeto quod *Cuneiforme* appellatur eo quod ejus elementa figuris cuneis similibus constant. Hujusmodi vero inscriptionum Chaldaicarum sermonem Aramaicum esse, omnes fere investigatores statuunt, idque ratio ipsa peremptorie suadet, cum vernacula lingua illorum florentissimorum olim imperiorum Syriaca seu Aramaica semper fuerit ut versus finem capituli secundi demonstravimus. Quidquid sit, Biblia sacra nobis solemniter testantur maximam linguæ Aramaicæ antiquitatem, cum referunt ( Gen. XXXI. 47 ) Labanum,

(1) Si ex lateri generationis linguam Syriacam spectamus, ea omnium linguarum Semiticarum antiquissima est sine contestatione ut mox videbitur. Etenim genus Syrium est genus Aram qui unica tantum generatione a Sem distat. Hebraica vero et Arabica ceteraque gentes Semiticæ pluribus generationibus ab ipso Sem distant. At si linguam Syriacam quoad primitivam Sem linguam consideramus, fitendum est linguam Arabicam ea antiquiorem esse utpote quæ nullo magis quam Syriacæ primitivæ lingue Sem formas locutionesque conservaverit. Non est hic locus argumenta majoris lingue Arabicæ vetustatis philologico exponere quæ a nobis jam satis exposita sunt in prolegomenis quæ nostræ grammaticæ Arabicæ, arabicæ conscriptæ, præsentisimus.

quem sacer Codex expresse *Aramæum* nuncupat videlicet *Syrum*, quique Jacobi patriarchæ avunculus erat, quum fœdus cum Jacobo pepigit, seculo ante Christum XVIII<sup>o</sup>, Aramaice seu Syriace locutum esse ac dixisse  *cumulus testimonii* (1), quæ verba, in prædicto sacri Codicis loco litteraliter citata, primum linguæ Syriacæ quod ad nos pervenerit documentum cum plena certitudine historica constituunt. Alia linguæ Syriacæ plura documenta post fere mille centum quadraginta annos scripta, ad nos pervenere in libris quos hac lingua versus sextum seculum ante Chr. scripsit Daniel propheta Hebræus, qui hanc linguam Babylone didicerat ubi erat cum captivis quos ex Judæa Nabuchodonosor rex duxerat; hujus enim scriptoris prophetia magna ex parte syriace seu aramaice conscripta est.

Lingua Syriaca seu potius stirps Syrorum ita communicabilis est, ut ajunt, ut ab antiquis temporibus in longinquas regiones eam diffusam videamus. Refert historia colonias Syras in Græcia, in Asia Minori, in Africa, in Indiis, in Turkistan aliisque dissitis regionibus ab antiquis temporibus constitutas fuisse; ideo monumenta Syriaca in multis longinquis terris inventa sunt et quotidie inveniuntur. Inter celebriores colonias Syras memoranda est colonia in Ægypto constituta ab antiquis temporibus et quæ multa monumenta reliquit in inscriptionibus lapideis atque papyris exaratis.

Imo natio Syra ita semper in Ægypto præponderans fuit, ut post Christianismi introductionem, in Ecclesia

(1) Hallucinatur qui asserunt hoc tam remoto tempore impossibile esse ut lingua Aramaica istiusmodi formam jam adipisceretur. Nam sexcenti circiter anni jam præterierant ex quo illi Noë in mundum dispersi erant, Aramque a suis fratribus se separaverat. Sexcenti autem anni sufficiunt ut lingua seu potius dialectus efformetur.

Ægyptiaca quæ Coptica dicitur, Syrorum vestigia passim occurrant, inter quæ imprimis memorandum est celebre monasterium Scetense Sanctæ Mariæ in quo pretiosissima æque ac antiquissima Syriacorum codicum manuscriptorum ingens copia, imo magnus thesaurus cui par in universo mundo non erat, a seculis reconditus erat usque ad prima nostri seculi lustra in quibus hic thesaurus in Europam scientiarum et omnis generis culturæ amatissimam et faultricem advectus est. Imo Syriaca lingua et ritus Syriacus, ut fertur, nonnunquam in liturgia ecclesiastica apud Coptos adhibetur, quod Tyri nunquam fecerunt quoad Ægyptios, quamquam Alexandrinus patriarchatus cui Ecclesia Ægyptiaca subiecta est, superior sit hierarchice patriarchatui Antiocheno Syrorum. Notum est etiam Syros Orientales litteraturam Syriacam ad longinquas Asiæ Centralis regiones advexisse et potissimum ad Indiarum plagam maritimam quæ dicitur Malabar, ubi ecclesiam populosissimam multis centenis millium constantem inde a primis Nestorianismi seculis fundaverunt, quæ adhuc exstat at non amplius Nestoriana, sed partim ecclesiæ Romanæ unita, partim secte Jacobitarum Antiochenæ addicta.

Sufficit autem Syriacæ genti gloriæ titulus quod ea ab Aramo descenderit qui est S'emi filii Noe immediatus filius, quodque ab ea vel saltem ab ejus terra ipsum Hebraicum genus originem duxerit; notum enim est Hebraicam gentem in veteris Testamenti historia celeberrimam, ab Abrahamo patriarcha emanasse, qui Abrahamus patria Syrus seu Aramæus erat. ( V. Gen. XI. 31, et XII. )

Ita vero Aramaismi ratio populo Hebræo vel ex antiquissimis temporibus adhæsit, ut omnis homo Hebræus potuerit cum veritate dicere, teste sancta Scriptura,

(Deut. XXVI, 5): *Pater meus erat Aramæus errans*, intendens Jacobum Abrahami nepotem ex quo Hebræi nomen Israelitarum adepti sunt, quique totam fere vitam in Aram seu Syria egit.

Item in libro Jndit. V, 6 natio Hebræa dicitur de stirpe Chaldæorum esse, Chaldæi autem ex Aram progenie erant vel saltem Aramæorum terras coluerunt. Sin autem altius ascendimus, videmus *Haber* ex quo Hebræi originem duxere, quatuor generationibus a Noe distare, cum Aram Syrorum pater duabus tantum generationibus ab eodem Noe distet. Sin autem alterum generis Syri patrem consideramus nempe *As<sup>h</sup>shur* ex quo Syri Orientales descenderunt qui speciali nomine dicuntur Assyrii, Babylonii et Chaldæi, videmus et eum esse immediatum S<sup>h</sup>em filium (Gen. X, 22). Jure igitur meritoque Syri, ex omnium Semitarum familiis quæ hodie noscuntur, gloriari possunt quod elementum Semiticum eminentissimo gradu præ se ferant. Loquimur de ethnologia tantum, non de linguistica ut dicitur in scholis.

Præter antiquitatem atque in longinquas regiones diffusionem, aliis honoris ac præstantiæ titulis excellit Syriaca lingua. Liccat quædam attingere.

I. Hac lingua pars Scripturæ sacræ a Deo inspirata est, etenim maxima pars Danielis prophetiæ, partes librorum Esdræ atque Nehemiæ necnon alia veteris Testamenti, lingua Syriaca ab origine exarata sunt; probabilis est quoque Matthæi evangelium aliosque Novi Testamenti libros eadem lingua primitus conscriptos esse.

II. Præterea Dominus Noster Jesus Christus, ejus beatissima mater Maria Virgo, atque ejusdem sancti Apostoli hac lingua locuti sunt cum notum sit Hebræos Christi tempore haud amplius Hebraico sermone patrum

suorum proprio usos esse sed Syriaca lingua(1). Ipsi enim Hebræorum litterati qui Rabbini dicuntur, a tempore quo Judæi ex captivitate Babylonica reversi sunt, eorum linguam vernaculam Aramæam seu Syriacam nuncupant, et aliquando Assyriacam. Quodsi hæc lingua a Judæis illo tempore adhibita Hebraica dicitur in novo Testamento alibique, id factum est non quod ea reapse Hebraica esset sed quia ea ab Hebræis usitata erat, quemadmodum si quis linguam Arabicam Ægyptiacam appellaret, non id faceret quod ea revera Ægyptiaca sit, sed quia ab Ægyptiis adhibetur. Hac igitur dialecto locuta est sanctissima Virgo, Jesus Christus ejusque Apostoli, utpote quæ erat vernacula patriæ et nationis. Hanc linguam Judæi filii Israelis inde a seculo VI<sup>o</sup> ante Christum quo eam Babylone didicerunt, usque ad hunc diem in toto terrarum orbe in quo per myriades dispersi sunt, religioso cultu prosequuntur, eaque suos liberos non secus ac Hebraica lingua in scholis instruunt; imo Syriaca lingua Judæos usque ad sepulcrum, ut ita dicam, comitatur, mortuorum enim Judæorum epitaphia fere semper Aramaicas locutiones ferunt.

III. Tertia linguæ Syriacæ prærogativa est quod ea sit una ex paucissimis linguis quæ ab Ecclesia Christi in honore tenentur propterea quod sint linguæ rituales seu liturgicæ. Etenim Syriaca lingua ea fuit qua Ecclesia usa est primo in sacrificii divini liturgia ceterisque cultus ritibus antequam Græca lingua ad hoc modo celebriori adhibita fuerit; nam prima Ecclesia quam Apostoli post Christi ascensum instituerunt, in civitate Hierosolyma fuit, quod evidens est et nullum patitur dubium. Jamvero communis Hierosolymæ lingua, eo tempore,

(1) Vide hujus veritatis demonstrationem ad calcem presentis capituli.



Syriaca erat ut diximus, quamquam paululum a nostra differens (1). Et usque ad hanc diem sermo Syriacus est lingua liturgica maximæ partis Christianorum Orientis, scilicet primo eorum qui Chaldæi dicuntur suntque Nestoriani sive origine sive facto (videlicet sunt Catholici, Nestoriani vel Jacobitæ) in Mesopotamia, in Babylonica quæ hodie Irak إيراق dicitur, in Assyria, in Curdistan et in Malabarìa, Indica regione; secundo eorum qui idiomate ecclesiastico Syri simpliciter nuncupantur, scilicet Jacobitarum vel origine vel facto (qui nempe sunt Catholici vel Monophysitæ in dictis provinciis, in Syria et alibi); tertio eorum qui Maronitarum nomine noscuntur, suntque in Syria et præsertim in Phœnicia.

IV. Quarta prærogativa est quod Syriaca lingua est ea qua, cum Græca et Latina linguis et post eas, sanctorum Patrum Doctorumque Ecclesiæ scripta composita sunt; etenim omnes Ecclesiæ Doctores, quocumque tempore et loco fuerint, non nisi una harum trium linguarum libros ecclesiasticos scripsere, scilicet Græca, Latina vel Syriaca. Non loquimur de libris mere liturgicis qui aliis etiam linguis conscripti sunt.

V. Præterea præstat lingua Syriaca eo quod eximia ac copiosissima opera in ea composita sunt de omni scientiarum ac litterarum genere, quæ litteratis et eruditis viris maxime cordi sunt, præsertim ad historiam, theologiam ac sacræ Scripturæ scientiam pertinentia; Syrorum enim docti de omni litterarum genere libros scripsere, maximeque benemeriti sunt quod vetera atque pretiosa Græcorum opera in Syriacum sermonem transtulerint, quorum non minima pars in textu originali perditæ, in versione Syriaca conservata est. Eo vero tempore quo Arabes

---

(1) Hoc certissimis argumentis in fine hujus capituli probaturi sumus.

colendis scientiis imperii Abbasidarum initio incumbere voluerunt, Syri summopere eos adjuverunt, scripta Græcorum et Syrorum e Græca et Syriaca linguis pro illis transferentes, primosque magistros se illis præbentes.

Hactenus de temporibus quæ ortum religionis Christianæ secuta sunt. Quod attinet autem ad tempora quæ Christianismum præcesserunt, omnis historię peritus scit prima mundi imperia apud Syros constituta fuisse, scilicet Ninive et Babylone, Syrosque Orientales, præsertim Chaldæos id est Babylonenses primo omnium populorum litteras ac liberales artes coluisse, præsertim astronomiam et mathematicas, insignem quoque artem scribendi invenisse ut videbimus, ceterosque populos et præcipue Græcos ab eis didicisse.

His aliisque dotibus prædita est ac excellit Aramaica lingua. Propterea eminentes doctrina et merito viri in Europa hanc linguam magni faciunt et æstimant, omnique diligentia et cupidine ejus monumenta perquirunt, ingentes expensas profundentes, eaque vehementi studio et ardore investigant ut ex iis pretiosas litterarum gemmas eruant. In quo negotio innumerabilia pene scripta sunt volumina in omnibus fere Europæ linguis, præsertim Latina ( in qua de litteratura Syriaca infinita, ut ita dicam, composita sunt opera ), Germanica, Gallica et Anglica. Imo in omnibus fere Europæ publicis gymnasiis Syriaca lingua post Græcam et Hebraicam docetur.

Antequam capitulum hoc concludamus, operæ pretium existimamus questionem de lingua Syriaca quæ vernacula erat in Palæstina inde a sæculo VI ante Christum finis tractare. Igitur eminens Orientalista Renan doctissimus vir sed novitatum amator, in *Hist. des Lang.*

*Sémit.* ( pag. 144 5<sup>o</sup> edit. et sequentibus ) negat in captivitate Babylonica Judæos didicisse linguam Aramaicam, negat etiam aut saltem dubitat linguam Aramaicam Biblicam esse eandem ac linguam Babylonicam. Sed facillime hic auctor erroris convincitur. Nam omisso argumento ex rei natura sumpto, et alio ex facto notissimo quod scilicet illico post prædictam captivitatem scriptores Judæi Aramaice scribere cœperint ( Daniel, Esdras, etc. ), nullus unquam ante illam; omisso etiam testimonio doctorum Judæorum qui hoc idioma in scriptis adhibebant et quorum plerique in Babylonia ipsa floruerunt; satis sit unum argumentum producere desumptum ex similitudine et fere identitate ( condonetur barbarum vocabulum ) dialecti Aramaicæ Biblicæ cum dialecto quæ certe noscitur in Babylonica regione viguisse. Hæc dialectus est lingua sectæ famosissimæ dictæ Mandaitarum, quæ adhuc exstat in regione Babylonica, ejusque linguam Babylonicam fuisse ipse Renan concedit ( pag. 254 et alibi ). Atqui mirum in modum cum hæc Mandaica dialecto similitudinem præsert Chaldaismus, id est lingua Aramaica Biblica, contra ceteras dialectos Aramaicas et præsertim illam classicam quam litteralem nuncupare convenimus. Id autem patet ex collatione tum grammaticali, tum lexicographica. Quoad primum, id est similitudinem grammaticalem dialecti Mandaiticæ cum Chald. Bibl. vide *Nöldeke* ( *Mandaïsche Grammatik* ) ubi plures formæ, flexiones, constructiones occurrunt communes cum Chaldaismo Biblico contra dialectum litteralem. Unum punctum tantum excipiendum est, mutatio *jol<sup>h</sup>* præformativi 3<sup>o</sup> pers. aoristi verborum in *mun*, in quo solo puncto dialectus Mandaitica, res miranda! cum Syr. litt. convenit contra omnes ceteras dialectos Aramaicas. Liceat autem ex parte lexicologica nonnulla nominatim

ex infinitis proferre, ut magis pateat concordantia dialecti Chaldaicæ Biblicæ cum idiomate Mandaitarum. Consule *Norberg* (*Lexidion Codicis Nasaræi*), ex quo ingens formaretur elenchus vocum in quibus duæ prædictæ dialecti conveniunt contra linguam vulgatam. Ex quibus tabella sequens sufficit speciminis modo :

MAND.	CHALD.	SYR. LITT.	
ܘܕܘܨܐ	ܘܕܘܨܐ	ܘܕܘܨܐ	Terra
ܝܘܨܘܦܐܘܠ	ܝܘܨܘܦܐܘܠ	ܝܘܨܘܦܐ	Propter
ܫܘܘܒܐ	ܫܘܘܒܐ	.....	Semen
ܘܘܘܪܝܘܬܐ	ܘܘܘܪܝܘܬܐ	ܘܘܘܪܝܘܬܐ	Viri
ܘܘܘܪܝܘܬܐ	ܘܘܘܪܝܘܬܐ	ܘܘܘܪܝܘܬܐ	Ala
ܘܘܘܪܝܘܬܐ	ܘܘܘܪܝܘܬܐ	ܘܘܘܪܝܘܬܐ	Gehenna
ܘܘܘܪܝܘܬܐ	ܘܘܘܪܝܘܬܐ	.....	Corpus
ܘܘܘܪܝܘܬܐ	ܘܘܘܪܝܘܬܐ	ܘܘܘܪܝܘܬܐ	Cohors
ܘܘܘܪܝܘܬܐ	ܘܘܘܪܝܘܬܐ	ܘܘܘܪܝܘܬܐ	Thesaurus
ܘܘܘܪܝܘܬܐ	ܘܘܘܪܝܘܬܐ	ܘܘܘܪܝܘܬܐ	Mel
ܘܘܘܪܝܘܬܐ	ܘܘܘܪܝܘܬܐ	ܘܘܘܪܝܘܬܐ	Latus
ܘܘܘܪܝܘܬܐ	ܘܘܘܪܝܘܬܐ	.....	Collegit
ܘܘܘܪܝܘܬܐ	ܘܘܘܪܝܘܬܐ	.....	Rivulus
ܘܘܘܪܝܘܬܐ	ܘܘܘܪܝܘܬܐ	.....	Superbivit
ܘܘܘܪܝܘܬܐ	ܘܘܘܪܝܘܬܐ	ܘܘܘܪܝܘܬܐ	Alius
ܘܘܘܪܝܘܬܐ	ܘܘܘܪܝܘܬܐ	.....	Tradidit
ܘܘܘܪܝܘܬܐ	ܘܘܘܪܝܘܬܐ	ܘܘܘܪܝܘܬܐ	Lux
ܘܘܘܪܝܘܬܐ	ܘܘܘܪܝܘܬܐ	.....	Concubina
ܘܘܘܪܝܘܬܐ	ܘܘܘܪܝܘܬܐ	ܘܘܘܪܝܘܬܐ	Nomen

Fatemur non omnia vocabula secundæ columnæ hujus tabellæ in Bibliis inveniri, sed negari nequit ea quæ occasio non se obtulit scriptoribus sacris adhibere, ita pure Chaldaica esse ut occurrente casu scriptores prædicti non aliter adhibuissent. Nullum dubium igitur rationabile concipere licet quin Chaldaismus Biblicus meram dialectum Bâbylonicam repræsentet. Certe Judæorum populus centum annis antequam ad captivitatem ductus fuerit, linguam Aramaicam ignorabat, teste sacro Codice ( Vid. II Reg. XVIII, 26 ). Quidnam in illo parvo centum annorum intervallo evenit tam magnum quod Judæorum linguam vernaculam ex Hebraica in Aramaicam mutaverit ita ut cum Babylonidem proficiscerentur, illius civitatis linguam jam scirent ?

Itaque inde a sexto ante Christam seculo populus Hebræus non amplius linguam Hebraicam in usu communi adhibebat sed linguam Syriacam, quæ in monumentis Judæorum illius ætatis dicitur ܣܘܪܝܝܬܐ et ab ipsis doctis Judæorum dicitur esse eadem ac Aramaica, quamquam negari nequit doctos inter illum populum linguam Hebraicam non omnino deseruisse sed aliquantum coluisse ut linguam mere litterariam. ( V. ipsum Renan libr. cit. pag. 150 ). Ita se res habebant magno seculo quo Christus apparuit, atque inde certissimam solutionem accipit famosa quæstio: Qua lingua loquebatur Jesus Christus, ejus mater atque apostoli? Etenim eruditi viri noscunt hanc linguam fuisse Aramaicam seu Syriacam, falsissimumque esse quod nonnulli recentiores, potius amore quam ratione ducti, contenderunt, nempe linguam Christi fuisse Græcam. Quo magis autem hæc veritas elucescat, liceat præcipua adducere argumenta quibus comprobatur linguam communem ac vernaculam in Jerusalem ac tota Palæstina







(exceptis novis civitatibus a Græcis vel Romanis fundatis ut Cæsarea, Neapoli etc.) non fuisse linguam Græcam sed Aramaicam seu Syriacam. Etenim:

1° - Omnes qui libros conscripserunt in Palæstina in illa ætate aramaice scripsere, inter quos lubet nominare Tobias, Ecclesiasticum, Judith, Targumim (i. e. plures versiones V. Testam. Chaldaic.), maximam partem Talmudorum, etc. Paucissima illa ætate hebraice scripta sunt; nemo Græce scripsit; et ipse Josephus Flavius celebris seculi I scriptor Judæus in historia. *Bell. Jud. I* testatur se primo lingua Hebræorum i. e. Aramaica scripsisse suas historias et postea illas græce convertisse ad usum exterorum. Neque difficultatem facit quod liber Sapientiæ et Machabæorum secundus græce conscripti sint origine ut omnes critici sentiunt; nam probabile est hos libros Alexandriæ compositos fuisse, ubi certe lingua vernacula Græca erat. Illud de libro Machabæorum inde probabilius apparet, quod hic liber initio duas epistolas e Judæa in Ægyptum missas contineat, quodque auctor (II, 24) testatur suum opus esse compendium libri cujusdam Jasonis Cyrenæi, i. e. oriundi Cyrenes quæ erat civitas Ægypto finitima.


2° - Inter nomina propria Apostolorum aliorumque Judæorum hominum occurrentia in N. Testamento non poterant non esse multa Hebraica propter religionis cultum ut *Jesus, Joseph, Simeon, Matthæus, Saül, Maria, Joannes, Hanna*; at quæ non sunt Hebraica, non nisi Aramaica sunt, ut *Thomas, Barnabas, Bartholomæus, Martha, Salome, Barabbas, Caiphas, Sapphira* (ܫܦܫܫܐ), *Silas* (ܫܝܠܐ), *Barsabba* (ܒܪܫܒܒܐ), *Barjona*. Notum est autem, in omni populo homines generatim nuncupari nominibus ex viginti apud se lingua sumptis. Græca nomina in N. T.

occurentia hominum Palæstinæ, pauca sunt, ut Philippus, Nicanor, Stephanus, Nicodemus, multo pauciora Latina, ut Marcus, Lucas; forsitan hæc exotica nomina ex genuina lingua Hebræorum a Græcis N. T. scriptoribus translata sunt Græcis litteris; ejus rei insigne habemus exemplum apud Josephum Flavium nuper nominatum, qui in sua ipsius biographia n° I loquens de sua genealogia, vocat suum proavum voce Græca *Psellum*, qui certe ex Hebræica stirpe erat, ejus proinde nomen Aramaicum **ܦܫܠܘܢ** esse debuit. Idem quoad Novum Testamentum dicendum est de Andrea, v. gr., qui certe non erat Græcus utpote frater Simeonis Petri. Idem dicatur de Paulo apostolo qui certissime ex stirpe Judaica et præcise ex tribu Benjamin erat ut ipse testatur, (Philip. III, 5), quique primo nuncupabatur Saül nomine Hebræico; cum autem ad Christianismum conversus est, novum nomen illi datum est Damasci in qua ejus conversio locum habuit, quod nomen certe Aramaicum esse origine debuit **ܦܘܠܘܫ** vel potius **ܦܘܠܘܫ**, ut tunc dicebatur, quod Latine i. e. lingua Romanorum factum est *Paulus* utpote viri qui civitate Romana gloriabatur. Aliud insigne exemplum habemus in apostoli Simeonis Barjonæ nomine. Teste enim Joanne I. 42, nomen *Kephæ* Syriacum huic apostolo a Christo ipso impositum est; cum autem laud credibile sit hoc nomen a Christo impositum ab apostolis neglectum fuisse, necessario dicere debemus hujus apostoli novum nomen semper *Kepha* fuisse, quod revera sæpe occurrit in Novo Testamento, v. g. in I Cor: 1, 12-III, 22-IX, 5 et XV, 5-Galat. I, 18-II, 9, 11 et 14. Ergo nomen *Petros* quod aliis N. T. locis legitur, non est nisi Græca versio nominis *Kephæ*, a Græcis scriptoribus seu translatoribus N. T. facta. Si enim Simeonis vulgare nomen esset Græcum

*Petros*, prorsus incredibile est Paulum græce scribentem hoc Græcum nomen abieccisse pro coque Syriacam vocem barbaram *Kepha* misisse, non est enim possibile Si- meonem duobus novis nominibus notum fuisse. Certissime ergo constat scriptores Græcos solitos fuisse nomina propria exotica Græcis litteris exprimere.

3. - Loca publica urbis Jerusalem tempore Christi nomina habebant Syriaca, ut *Syloë* , *Gethsemani* , *Bethesda* ; *Gabbatha* , *Golgotha* , sed omnium notissimum est nomen quod ipso Christo vivente a magnatibus Judæorum impositum fuit illi agro qui pecunia a Juda Iscariote restituta erat emptus, quod nomen est mere Aramaicum *Heceldama*  (Act. 1, 19).

4. - Refertur in Actis (XXI, 40) Paulum apostolum, cum coram principe a plebe Jerusalemiana accusatus esset, velletque se ab ipsius calumniis justificare, illam hebraice i. e. aramaice, ut ex innumeris locis N. Test. manifestum est (v. gr. Joan. XIX, 13 et 17), allocutum esse, idque magis accusatorum attentionem traxisse (XXII, 2); imo tam in fine eos excitasse ut contra ipsum irruerint (XXII, 22). Certe si Græca fuisset lingua vernacula Hierosolymitarum, eam potius adhibuisset Paulus ad se defendendum coram ipsis præsertim cum ejus iudex Græcus esset.

5. - Notissimum est viris qui in litteratura Hebræorum versati sunt, in horum monumentis passim referri dialectum Aramaicam Hierosolymæ illa ætate vernaculam, mentionemque fieri punctorum in quibus ea a dialectis ceterorum Palæstinæ locorum et nominatim Galilææ distinguebatur (V. Buxtorf. *Lexic. Chald.* sub voce ). Quod ab ipso Evang. confirmatur; etenim refertur (Marc. XIV, 70)



Petrum apostolum tempore passionis Christi ut Galilæum ab adstantibus cognitum fuisse, idque ex ejus loquela (Matth. XXVI, 37).

6.- Denique quod sigillum certitudinis firmissimum imponit, sunt ipsissima Christi verba quæ in N. T. referuntur eo sono quo ab ejus sacro ore prolata sunt, quæque sunt omnino Syriaca; nam cum Christus Simeoni apostolo nomen Petræ seu Petri dare voluit, Syriaca voce **ܩܘܪܝܢܐ** usus est, non Hebraica **אב** (Joan. I, 42); item duos fratres Zebedæos aramaice nuncupavit **ܕܒ ܕܒ ܕܒ** (Marc. III, 17); aramaice dixit puellæ quam e mortuis suscitavit: **ܘܟܠܗܐ ܡܘܬܘܬ** (Marc. V, 41); aramaice clamavit cum crucifixus erat: **ܐܠ ܐܠ ܠܗܐ ܡܚܡܘܬ** (Matth. XXVII, 46). Et cum Petrus puellam mortuam Joppe suscitavit, aramaice illi dixit: **ܘܩܘܡܐ ܡܘܬܘܬ** (Act. IX, 4).

Est igitur certissimum linguam tempore Christi in Palæstina et præsertim Hierosolymæ vigentem, fuisse Aramaicam seu Syriacam quæ vulgo dicitur Chaldaica. Attamen infitiri non possumus linguam Græcam ex illo tempore qua Alexandri Magni successores in Oriente ceperunt regnare, notam fuisse in Palæstina sicut in aliis Orientis regionibus, ea scilicet ratione qua hodie lingua Turcica in omnibus fere Imperii Othomani urbibus nota est, erat quippe ea, i. e. lingua Græca, vernacula multorum advenarum qui in Oriente dispersi vivebant. Propter hoc cum Pilatus titulum crucis Christi scribere jussisset, scriptus est hic titulus non solum Hebraica lingua i. e. Aramaica quæ erat vernacula regionis, ac Latina quæ erat lingua auctoritatis civilis, sed etiam Græca ut et exteri qui multi erant possent eum legere. Ipsi autem originarii incolæ nullum cum Græca lingua relationem habebant, vel, si mavis, pauci extabant inter ipsos qui eam

loquerentur sive propter commercium sive propter alias similes rationes, eo modo quo multi viri et mulieres hodie in Syria linguam unam vel alteram extraneam loquuntur. Imo tam Judæi Palæstinæ extranei erant linguæ Græcæ ut prohibitum esset illis eam in scholis discere, saltem viris; fœminis autem id permissum erat ut ornatus articulus.— V. Buxtorf « *Lex. Chald.* » sub voce *ܐܘܪܝܢܐ*, et Joseph. « *Antiq. Jud.* » XX. 11, 2. (1)

Quid? quod ipse celeberrimus Josephus qui ex nobiliori stirpe Hierosolymitana oriundus erat, qui que tot ac tantas relationes cum magnis sui temporis viris Græcis ac Latinis habuit, linguam Græcam quamquam duros labores ad eam addiscendam impenderit, non bene loquebatur, ut ipse de se testatur loc. cit.

Neque ullam difficultatem facit singularissimum neque ac dolorosissimum factum, quod videlicet, exceptis paucissimis de quibus infra, omnia scripta quæ ad nos pervenerunt ex documentis quæ ex Palæstina finitimisque regionibus prodierunt inde a Christianismi initio usque ad VIII<sup>m</sup> seculum eirem circiter, græce sunt exarata; nullum omnino documentum non Græcum ad Christianos pertinens ex illa ætate et illo populo cognoscimus, cum Evangelia, actus Apostolorum, ceterique libri N. Testamenti, libri apocryphi, tot documenta ad initia Christianismi pertinentia et ab Origene, Eusebio, aliisque scriptoribus relata, ipsius Jerusalem episcoporum, Cyrilli aliorumque scripta, uno verbo omnia litteraria opera ad Palæstinam pertinentia ex quo Christianismus in ea

(1) Quis hæc legentis non obstipescet cum considerat Palæstinos, id est doctores Judeorum qui hujusmodi prohibitionem decreverunt, linguam tamen Aramæo-Hebraicam ab ipsis creatam, replevisse seu potius deturpasse tot vocabulis Græcis, quæ, ad majorem turpitudinem, ab ipsis valde corrupta ut plurimum, introducta sunt?

ortus est, omnia Græca sunt; nullum vestigium alius lingue in toto illo temporis intervallo datum est nobis videre. Hæc omnia, inquam, quamquam, proh dolor! verissima, quamquam ingentia, quamquam stupenda, nequeunt tamen infirmare evidentiam quam tot luculentissimis argumentis stabilivimus. Nempe ab eodem tristissimo fato quod litteraturam Palæstinæ Aramaicam ante Christianismum partialiter persecutum est, hæc litteratura in Christianismo totaliter destructa est. Nam quemadmodum tot opera Chaldaica, Palæstinensi lingua apud Judæos extra Christianismum conscripta, ex. gr. historiæ Tobix, Judith, Susannæ, Machabæorum, liber Ecclesiastici, Baruch, libri Josephi Flavii et alia innumera litteraria monumenta perditata sunt, ita monumenta ejusdem lingue ejusdemque regionis sub Christianismo potuere fere omnia deperdi. Unde factum est quod omnino ignoremus utrum Judæi Palæstinæ sub Christianismo propriam litteraturam patriam Chaldaicam scilicet Aramaicam habuerint quemadmodum sub Mosaismo habuerant; quonam genere scripturæ usi sint; quonam tempore omnino lingua Aramaica loqui cessaverint; quo seculo scriptura, *Estrangelo* simili, quæ in aliquibus seculi undecimi codicibus cernitur, uti cœperint. Omnia hæc et alia similia, problemata sunt, quæ nunquam solutionem plenam nanciscuntur.

Monumenta autem ad quæ inanimus, quæque diximus ex omnibus documentis Syro-Palæstinensibus Christianis sola superstita ad nos pervenisse, sunt paucissimi codices manuscripti qui nonnisi seculo proxime clapso incunte ex per tot secula derelictis latebris detegi, eruditorumque curiositatem attrahere cœperunt. Quorum præcipuus est codex in Bibliotheca Vaticana conservatus, continens evangeliarium lingua Syro-Palæstinensi de qua

agimus compositum juxta ritum Melchitarum annoque Chr. 1030 exaratus. Huic codici addenda varia folia incertæ ætatis nostro seculo detecta, ex uno vel variis libris laceris disjuncta, quæque eadem lingua continent varia fragmenta ex prædicto evangeliario, ex lectionario veteris Testamenti, aliisque rebus ad eundem ritum Melchitarum pertinentibus. Omnia hæc alphabeto particulari Aramaico ab alphabeto Strangelo, de quo infra, proveniente exarata sunt. Fragmenta omnia typis publicata sunt, latine interpretata et doctis scholiis illustrata a cl. Land in IV<sup>o</sup> tomo *Anecdotorum Syriacorum*.

Ex his Syro-Palæstinensibus documentis discimus:

1— Dialectum Syriacum quæ Christi ætate in Palæstina vigeat, in ea perdurasse sub Christianismo per septem secula et amplius, libri enim liturgici in his voluminibus contenti non potuerunt componi ante seculum VIII<sup>m</sup>; et aliunde nisi ea lingua vigeret, illi libri in ea scribi non potuissent.

2— Linguam de qua agimus, habuisse sub Christianismo aliquam litteraturam, utique valde limitatam, quemadmodum habuerat ante Christianismum et quemadmodum habuit extra Christianismum post ipsius ortum.

3— Palæstinenses, sive Mosaistas, sive Christianos, nullam partem habuisse communem cum Syris Mesopotamiæ ceterarumque regionum in linguæ Syriacæ vicissitudinibus.

4— Unamquamque communitatem, Christianorum scilicet et Mosaistarum in Palæstina, suam propriam in usu litterario linguæ Syro-Palæstinensis viam secutam esse, ab altera independentem; etenim, scriptura Christianorum, saltem seculis posterioribus, multum diversa erat a scriptura Mosaistarum.

5 - Versionem Syriacam sacræ Scripturæ quam vocant **ܣܦܠܝܚܐ** *Simplicem*, non fuisse usitatam Christianis Palæstinensibus, nam libri omnes liturgici de quibus agimus continent aliam versionem sacri Codicis de Græco immediate factam, quamquam valentes critici judicant translatores ante oculos habuisse prædictam versionem *Simplicem*. Neque putetur Palæstinenses istos ob amorem Græci ritus s. Scripturam Syriacam dictam *Simplicem* repudiassent; etenim Melchitæ Syriæ et Mesopotamiæ lubenter hanc versionem in sua liturgia adhibebant ut omnes codices ad illam sectam pertinentes testantur.

6 - Linguam Syriacam Palæstinensem usu ecclesiarum Melchitarum (præter quos nulli vel valde pauci erant in in Palæstina Christiani) vixisse in illa regione etiam postquam hæc lingua ex usu vulgari ab Arabica extrusa erat; nam in dictis libris omnes rubricæ lingua Arabica scriptæ sunt.

Ex his omnibus luculentissime patet linguam Græcam non fuisse in Jerusalem ætate Christi vernaculam, neque prædominantem, neque communem. Christi enim religio extra sphæram Græcæ sapientiæ constituta fuit; initia quoque Ecclesiæ nullatenus Græca fuerunt; nam ejus fundator neque origine, neque patria, neque lingua Græcus fuit, nullus ex ejus religionis apostolis ac propagatoribus Græcus erat, neque primi horum proselytæ Græci fuere ( V. Act. II, 14 et 41 ). Imo non defuere inter primos Christianos qui vellent Græcos a Christiana religione excludere ( V. Act. XI, 2 ). Ideo nihil Hellenismi cernitur in institutione Christiana prout ea a Jesu ipso vel ab ejus apostolis prædicata est; et si Joannes in suis scriptis inspiratis vocem Græcam *Logos* de Filio Dei adhibuit, id fuit non in Palæstina sed Ephesi quæ erat

urbs Græca. Denique in Ecclesiæ Christianæ idioma nullum Græcum elementum ingressum est; et si nonnulla, eaque paucissima, nomenclaturæ ecclesiasticæ vocabula Græcam habent originem, ut *episcopus*, *evangelium*, *synodus*, *parœcia*, *chorepiscopus*, *chrisma*, *eucharistia*. ea valde posteriora sunt ortui Christianæ religionis, atque extra Palæstinam, ubi hæc religio nata est, inventa sunt.

Quod attinet ad episcopos qui inde ab initiis Ecclesiæ sedes Hierosolymitanam aliasque in Palæstina occuparunt, non negamus multos eorum Græcos fuisse, sed id non probat totum populum Palæstinensem Græce locutum esse. Nam nonnullæ, cæque paucæ, urbes recentè conditæ ut Cæsarea aliæque, Græcos utique habebant incolas; sed de his non est nobis quæstio. Quoad Hierosolymam, quæ principem tenebat locum, narrat Eusebius Pamphilus libr. IV cap. 6 suæ historiæ Ecclesiasticæ, episcopus Jerusalem principio ex Hebraico genere fuisse; siquæ quindecim episcopos Hebræos illam ecclesiam successive gubernasse post Christum usque ad tempus Adriani imperatoris qui regnare cœpit anno 117; hunc autem imperatorem omnes Hebræos, ad qualemcumque religionem pertinerent, ex urbe Jerusalem expulisse propter seditiones a Judæis excitatas, atque decrevisse ut nemo ex genere Hebraico illam civitatem ingrederetur, exinde evenisse quod illa civitas Græcos habitatores haberet, indeque Græci episcopi eam gubernare cœperint, quorum primus Marcus fuit. Hæc Eusebius. In ceteris autem locis gens Hebraica remansit, imo illi additus est populus Hierosolymitanus, et tamen non defuere multi episcopi Græci in Palæstina. Causam hujus extranei facti ponere oportet in consuetudinem hodie in ecclesiis Græcorum non catholicorum totius Orientis Asiatici et Africani dominantem,

ut scilicet ipsorum sedibus episcopalibus et potissimum patriarchalibus Græci viri præficiantur, quamquam Græca lingua in nullo totius Orientis angulo amplius sit vernacula inde a multis seculis. Pari fere modo frequens erat antiquitus ut in Syria Occidentali et in Palæstina episcopi eligerentur vel ex Græcis vel ex Græcæ linguæ peritis; idque principio quidem quia qui græcè erant eruditi, magis idonei æstimabantur; postea autem facta Constantinopoli metropoli imperii Orientalis, hujus civitatis imperatores et episcopi, in totum Orientem tyrannicam exercentes auctoritatem ecclesiasticam, causa erant ut nonnisi ex Græca gente episcopi in ecclesiis promoverentur.

Atque hæc sufficiant quæ occasione quæstionis de lingua qua locutus est J. Christus, dicenda nobis erant.



## CAPUT II

### DE LINGUÆ SYRIACÆ DIALECTIS

Quod ceteris gentium omnium mundi linguis solet evenire, lingua Aramaica sen Syriaca non potuit non sortiri; nempe hæc lingua quæ primitus una et singularis omnino erat, progressu et vicissitudine temporum cum ea per populos et regiones diffusa fuit, magnas et varias mutationes pedetentim passa est, ita ut diversæ inde dialecti juxta locorum et temporum diversitatem natæ sint. Harum dialectorum Syriacarum aliæ notæ sunt, aliæ ignotæ utpote quæ perierunt.

Ex dialectis vero Syriacis quæ hodie notæ sunt, aliæ litteraturam aliquam habent, aliæ nulla scriptura coluntur.

Prima omnium dialectorum Syriacarum quæ notæ sunt et litteraturam habent, est Babylonica seu Chaldaica; deinde recentior Iraki seu Babylonice dialectus quæ Mandaitarum dicitur; post lingua litteralis hodie vigens; denique dialectus Samaritana. Ex dialectis non scriptis quæ adhuc existunt, primam nominamus vulgare idioma regionum versus Orientem maxime sitarum, i. e. Assyriæ, Curdistani, Persidis Occidentalis finitimarumque terrarum; deinde dialectum Mesopotamiæ; denique Syriasmum Syriæ.

De istis singulis dialectis hic per ordinem nobis tractandum est. (1)

Babylonica seu Chaldaica est omnium antiquissima, genuinumque ac originalem typum sermonis Syriaci servat, eratque initio omnium fere populorum Aramæorum vernacula; Babylonicam eam appellamus quia nobis non innotuit nisi ex Babylonia civitate, celeberrima et antiquissima metropoli imperii Chaldæorum seu Syrorum Orientalium. In hac dialecto liber Danielis prophetæ aliæque sacræ Scripturæ partes inspiratæ sunt ut diximus; eam, ut supra retulimus, Judæi in captivitate Babylonica didicerunt et suam fecerunt inde a seculo VII<sup>o</sup> ante Christum quo Nabuchodonosor Babylonis rex eos subegit. Hæc dialectus quæ in antiquo Testamento simpliciter Aramæa dicitur, Judæorum litterati modo Syriacam, modo Aramaicam appellant, in novo autem Testamento Hebraica vocatur utpote quæ Hebræis vernacula in illo tempore erat. Ernditi vero in Europa eam Chaldaicam nuncupant, referendo eam ad Chaldæos id est Aramæos

(1) Omittimus secularias et fere ignotas dialectos varias, quas Barhebraeus in suis grammaticis et Bar Ahlil in suis lexicis memoravit utpote in suis statibus existentes, quæque proprie loquendo non sunt vera dialecta sed leves varietates unius ejusdemque lingue, nempe Syriacæ quam dicimus litteralem.



Orientalis imperiorum Babylonici et Assyriaci. Eandem denique dialectum Arabes *Nabatæam* (1) vocant. Hæc dialectus a lingua Syriaca hodie vulgata parum differt, imo ex parte ea correctior est ut videbimus. A tempore quo hæc dialectus Hebræis vernacula evasit, plurimi libri præter sacram Scripturam, lucem apud eos viderunt in hac dialecto, deformata tamen hic illic Hebraïsmis exoticisque vocibus. Quorum librorum principales *Targumim* nuncupantur, suntque libri qui continent versiones s. Scripturæ ex lingua Hebraica in hanc Hebræorum Aramaicam dialectum factas. *Targumim* autem multiplicia sunt, cum unusquisque liber sacer unam vel plures versiones habeat.

Propter has Paraphrases Chaldaicas, Hebræorum juvenus in scholis usque ad hunc diem non solum lingua Hebraica instituitur, sed etiam Chaldaica. Nam hac Aramaica dialecto Judæi hodie utuntur non solum in interpretatione s. Scripturæ librorum, verum etiam in publico cultu religioso. Imo pro hoc cultu poesim in hoc sermone compositam non raro adhibent, ejus unum specimen, hymnum scilicet metricam, ex quodam libro rituali Hierosolymæ non multis abhinc annis impresso, hic exhibere lubet, characteribus hodiernis, dictis Nestorianis, conscriptum juxta orthographiam hodie in lingua litterali vigentem:

ܝܘܘܕܐ ܝܘܘܕܐ ܝܘܘܕܐ ܝܘܘܕܐ ܝܘܘܕܐ ܝܘܘܕܐ ܝܘܘܕܐ ܝܘܘܕܐ ܝܘܘܕܐ ܝܘܘܕܐ  
 ܕܝܘܕܐ ܕܝܘܕܐ ܕܝܘܕܐ ܕܝܘܕܐ ܕܝܘܕܐ ܕܝܘܕܐ ܕܝܘܕܐ ܕܝܘܕܐ ܕܝܘܕܐ  
 ܕܝܘܕܐ ܕܝܘܕܐ ܕܝܘܕܐ ܕܝܘܕܐ ܕܝܘܕܐ ܕܝܘܕܐ ܕܝܘܕܐ ܕܝܘܕܐ ܕܝܘܕܐ  
 ܕܝܘܕܐ ܕܝܘܕܐ ܕܝܘܕܐ ܕܝܘܕܐ ܕܝܘܕܐ ܕܝܘܕܐ ܕܝܘܕܐ ܕܝܘܕܐ ܕܝܘܕܐ

(1) Scribimus *t* sine *h* quia sic exigit vox Arabica ܛܘܛܐ.

מִיִּשְׂרָאֵל לִבְנֵי חַיִּי . מִיִּשְׂרָאֵל לִבְנֵי חַיִּי . מִיִּשְׂרָאֵל לִבְנֵי חַיִּי .  
 מִיִּשְׂרָאֵל לִבְנֵי חַיִּי . מִיִּשְׂרָאֵל לִבְנֵי חַיִּי . מִיִּשְׂרָאֵל לִבְנֵי חַיִּי .  
 מִיִּשְׂרָאֵל לִבְנֵי חַיִּי . מִיִּשְׂרָאֵל לִבְנֵי חַיִּי . מִיִּשְׂרָאֵל לִבְנֵי חַיִּי .  
 מִיִּשְׂרָאֵל לִבְנֵי חַיִּי . מִיִּשְׂרָאֵל לִבְנֵי חַיִּי . מִיִּשְׂרָאֵל לִבְנֵי חַיִּי .

Ex hac Aramaica dialecto et ex Hebraica lingua  
 Judæorum doctores qui Rabbini dicuntur, novam efforma-  
 runt linguam sibi propriam quæ Rabbiniicæ nomine dis-  
 tinguitur; in eaque Judæorum doctores libros suos exara-  
 runt, inter quos primum tenet locum liber famosissimus  
 dictus *Talmud*, et propterea hæc lingua Talmudica etiam  
 dicitur.

Ideo autem Judæorum doctores sacra Biblia in lin-  
 guam Chaldaicam converterunt inde a 1<sup>o</sup> Chr. seculo ut  
 diximus, quia populus Judæus hanc linguam jam verna-  
 culam habebat pro Hebraica quam amplius sine discipli-  
 na non intelligebat. Lingua Chaldaica sic remansit verna-  
 cula in Palæstina per multa secula etiam post adventum  
 Christi, donec ea ab Arabica lingua expulsa sit circa se-  
 culum VIII<sup>m</sup>, ut supra fusius exposuimus.

Notatu dignum est Babylonensium hujus dialecti  
 Syriacæ de qua lucusque, quæque prima monumenta  
 Aramaica nobis exhibet, nulla monumenta Aramæos ip-  
 sos conservasse, eamque illis penitus ignotam esse; ejus  
 scripta quæ ad nos pervenire, nullatenus apud Aramæos  
 servari, neque eorum factus esse, sed apud extraneos con-  
 servari ab extraneisque composita esse.

Hujus dialecti, quæ, ut vidimus, ab Arabibus Na-  
 latæa dicitur, et ab Europæis Chaldaica, vestigia insignia  
 remanserunt in partibus Iraki, Orientalem plagam ad  
 meridiem respicientibus, apud gentem origine Syriacam,

a ceteris tamen Syriaci generis gentibus tum religione, tum moribus distinctam. Hæc gens *Sabæorum* seu *Mandaitarum* nomine dignoscitur, estque hoc tempore valde diminuta. Hujus populi dialectus in libris suæ religionis tantum conservata est; in ceteris enim lingua Arabica a seculis utuntur Mandaitæ. Hæc Aramaica dialectus quæ nonnisi corrupta dialectus linguæ Babylonicæ de qua supra, habenda est, hanc habet proprietatem, quod in ea littera *ain* in *alaf* (1) convertitur, ut hodie mos est etiam Syrorum Assyriæ et Curdistani, et quod *h<sup>h</sup>el<sup>h</sup>* pronunciatur ut *he*. Ratio autem pronunciandi linguam Syriacam apud Mandaitas est ea quæ dicitur *Orientalis*, quamque mox explicabimus; attamen *zqafa* finalis apud ipsos pronunciatur fere ut apud Occidentales, id est sapit aliquantum soni *O*.

Hic animadvertendum est populos Aramaicos qui hodie linguam Syriacam adhibent sive scriptura, sive sermone, omnes Christianos esse, præter gentem hanc Mandaitarum cujus religio neque Christiana neque Judaica est, et duo oppida prope Malulam in territorio Damasci quorum incolæ Mahumetani sunt, ut deinceps erit sermo. Loquimur tantum de populis qui sunt de genere Aramaico; nam Judæi qui sunt omnes Israelitæ seu genere Hebræi utuntur ubique locorum lingua Aramaica in cultu religioso tantum, ut dictum est; præterea in urbe Zachu in Mesopotamia prope Geziram est magna Judæorum colonia cujus lingua vernacula est Syriaca vulgaris, ea quæ in Assyria et Curdistano viget.

Nunc de dialecto seu lingua Syriaca quam nomine

---

(1) In solo hoc opere nomina litterarum Syriacarum juxta pronunciationem Syrorum et quidem Orientalium scribimus, excepta *ain* ut videbimus. *Alaf* autem scribimus eam *f* non eam *ph* quia reapse Syri *p* litteram tenent ut *f* Latini non ut *ph* Græcorum nobis ignotum, pronunciant.

*litteralis* distinximus. Hæc dialectus (quam hodierni Syriologi in Europa *Edessenam* nuncupant, quamquam in Syriacis documentis nomine *Edessensæ* dignoscatur secunda hujus linguae dialectus de qua infra, non ipsa lingua, exceptis Palæstinensibus apud quos *Edessena* appellabatur ipsa lingua, teste codice M. S. apud Land *Anc. Syr.* t. I pag. 90) hæc dialectus, inquam, est ea ad quam post temporum et locorum longas vicissitudines reducta est lingua Aramaica eirea tempus apparitionis Christi. Lingua hæc usi sunt primi Christiani, saltem in partibus Orientalibus et Septentrionalibus Syriæ, quia Christianismus propagatus est et claruit primo in regionibus in quibus lingua Syriaca vigeat. Hæc lingua in ea forma quæ hodie classica est, primi Christianorum libri scripti sunt, quorum principalis et primævus est Biblia sacra, antiquum inquam et novum Testamentum, quæ nequeunt esse seculi secundi primordiis posteriora. Item omnes libri Syriacæ conscripti qui in manibus Christianorum ab illo tempore exstiterunt et hodie existunt, hanc dialectum ferunt, utpote quæ inde ab exordio Christianismi jam firmitatem stabilitatemque nacta erat, atque ab illo tempore usque ad hunc diem nullam omnino mutationem subiit. (1) Per multa autem secula lingua Syriaca litteralis in usu vulgari remansit in plerisque regionibus in quibus vigeat, præsertim in parvis civitatibus et in oppidis, etiam post Islamismi foundationem et linguae

(1) Utrum hæc lingua seu potius dialectus ipso illo Christi 1<sup>o</sup> seculo litteralis et classicæ conditionem nacta sit, an antea, id cum certitudine dici nequit, cum nullum documentum Christianismo antioris in manibus habeamus. Ubi nam autem hæc lingua ortum primo habuit, vel potius ubi nam consideratur ut prior et norma, id etiam cum certitudine dici nequit. Sunt inter eruditos qui autant hanc linguam *Edessæ* in Mesopotamia primo propriam fuisse, et hinc eam *Edessenam* vocant, sed sine ullo fundamento certo. In monumentis quidem Syrorum *Edessensæ* nuncupatio propria est dialecti Occidentalis hujus linguae non ipsius

Arabicæ dominationem, etenim ex scriptis Barhebræi, celeberrimi grammatici Syri, liquet linguam Syriacam litteralem ipsius tempore i.e. seculo XIII vernaculam fuisse ac vulgatam in Oriente. At post ea tempora, ignoratur quando cœpit lingua Syriaca litteralis ab usu vulgari cessare seu potius in ore vulgi corrampi, ita ut hodie nullus existat omnino locus in quo ea vernacula sit, et sic lingua Syriaca litteralis mortua evaserit. Toto hoc temporis tractu, infiniti, ut ita dicam, libri sive ad litteras et scientias sive ad religioam spectantes lucem inter Syros Christianos viderunt, præsertim inter Nestorianos et Jacobitas; (nam ex Melchitis nullum scriptum Syriacum præter libros liturgicos ad nos pervenit, item ex Maronitis usque ad seculum XVII). Hi libri exarati universim hac lingua Syriaca litterali de qua agimus, quæ sola hodie intelligitur cum absolute dicitur lingua Syriaca aut Aramaica. Attamen, ut innumus, omnes libri qui hac lingua scripti reperiuntur, posteriores sunt fundationi Christianismi, omnesque, paucissimis exceptis, in Christianismo compositi fuerunt. Etenim maxime dolendum est quod gens Syriaca nihil, ne litteram quidem, conservaverit, quod ante Christum natum vel extra Christianismum scriptum sit, (1) quod infortunium, in æternum deplorandum, aliis

linguæ. Nec credibile est Edessam ubi pronuntiatio dicta Occidentalis vigeat quam nullis ceterorum populorum Arameorum est seculus, potuisse esse normam juris Syriaci. Ille, ut manifestum est, non loquimur de scholis, nam populi saltem antiqui non per scholas linguam vernaculam adiscunt. Quod observari meretur, est quod tribus prioribus post Christi seculis non videtur hæc lingua tam communis evasisse; etenim in Syria Orientali adhuc sermo ad veterem dialectum Babylonicam seu Chaldaicam accedebat, ut patet ex inscriptionibus lapideis Palmyras.

(1) Nullo modo putandum est ante Christianismi ortum populos Syros, sive in Occidente sive in Oriente, nullos habuisse codices scriptos, cum ipsi fuerint qui alios populos artem scribendi docuerint, quique longe ante alios populos scientiis ac liberalibus artibus illustrati sint. Memoratur quidem in monumentis Græcorum et Latinorum quidam Derossus, (nomen incertæ etymologiæ), Babyloniæ ortus

nationibus quibus natio Syriaca celebritate nihil cedit, ut Judæis, Græcis ac Latinis, haud evenit; unaquæque enim ex his nationibus pleraque documenta conservat quæ apud ipsam lucem viderunt multo plus quam mille annis ante Christianismi ortum. Propter hunc veterum Syriacorum scriptorum interitum, nihil possunt populi Syri cognoscere de suorum majorum historia, religione, imperiis, bellis, moribus, liberalibus artibus, litteratura, nisi recurrendo ad monumenta aliorum populorum, præsertim Judæorum et Græcorum; nisi enim haberemus scripta Judæorum et Græcorum, nihil omnino de rebus antiquorum Aramæorum sciremus usque ad seculum tertium post Christum. (1) Attamen si majorum nostrorum

seculo tertio ante Christum qui historiam Chaldaeorum scripsit; sed hujus operis deperditio nonnisi errantia, etque paucissima, fragmenta apud auctores Græcos et Latinos remanserunt in hæc linguas conversa. Ubi igitur sunt elucubrations litterariæ, philosophicæ, historicæ, astronomicæ, mathematicæ majorum nostrorum qui Christianismum præcesserunt? — Nonnulli, imo plurimi codices, sine dubio, igne periere, excessivo ardore pro religione primos Christianos impellente ut vestigia cultus idolorum destruerent quemadmodum fecere primi Christiani Ephesi de libris superstitionis ut refertur Act. XIX, 19. Ceteri erasi sunt et demum juxta christianismum scripti fuere, cujus modi codices *patimpsesti* dicuntur. Græci vero et Latini, quamquam eandem religionem amplexi sunt, haud tanto tamen furore contra monumenta temporis paganismi moti sunt, imo ipsorum monachi et clerus per assiduum transcriptionem ab interitu servarunt pretiosissimam paganismi litteraturam. Hanc causam nos assignamus disperditioni librorum antiquorum Syrorum; vicissitudines enim politicæ quamquam certe vehementissimæ quibus populi Aramaei subjecerunt, non potnere solæ hujusmodi destructionem operari, cum Judæi qui longiores vehementioresque concussiones politicas experti sunt, item et Persæ, attamen singuli, suorum majorum scripta monumenta usque ad hunc diem perfecta fere integritate conservant. Sed quod maxime mirandum ac dolendum in pristinis Syris Christianis, est eorum agendi ratum cum monumenta ethnica exterorum populorum in suam linguam convertere ac conservare curaverint (Homeri, ex. gr., Aristotelis, aliorumque Græcorum auctorum ethaicorum opera), suorum autem majorum ne apicem quidem servare cogitaverint! Quot arcana impenetrabilia nobis præclæt humant generis historia!

(1) Mirum sane est Syros omnes sive Orientales sive Occidentales ex quo Christiani facti sunt, ita patrum suorum oblitos esse, ut in tota longissima secularum serie in qua omni seculiarum genere litteratura Syriaca floruit nullus scriptor apud Syros apparuerit qui cogitaverit de historia conscribenda aut

qui Christianismi ortum præcesserunt, scripta perierunt et nihil ex iis superstes ad nos pervenit, habemus quoddam consolationis argumentum in monumentis alius generis, contra quæ tempus nihil agere potuit, in monumentis, inquam, lapideis ut ita dicam infinitis, quæ majores nostri alphabetis apud ipsos tunc usitatis inculpserunt, in Syria, in Mesopotamia et in Chaldaea (quæ dicitur hodie Irak), nominatim in civitate Palmyra Syriæ, ubi multa millia inscriptionum, alphabetum sic dictum Palmyrenum ferentium, effossa sunt et quotidie effodiuntur. Item in Ninive prope Mossul ubi infinitæ inveniuntur inscriptiones euneiformes sic dictæ, et alibi. Hæc pretiosa monumenta per longa secula sine consideratione imo quodam contemptu jaeuerunt, usque ad initium seculi proxime elapsi in quo Europæi ea laudabili ardore summisque laboribus et expensis exquirere, doctisque suis investigationibus subjicere cœperunt; atque inde varia documenta scieatis inservientia, præsertim historiæ et philologiæ felici successu eruerunt.

Lingua Syriaca litteralis, ut revertamur ad materiam quam interrupimus, duas habet hodie varietates, quarum altera Orientalis, altera Occidentalis dicitur; vulgus tamen priorem Chaldaicam, alteram simpliciter Syriacam appellat. Varietas Orientalis propria erat incolarum regionum Syriacarum Orientalium, quæ versus Occidentem per provinciam Nisibis limitabantur; comprehendebant autem Assyriam, Babyloniam quæ hodie dicitur

---

saltem memoranda populorum Syrorum antiquorum quorum tamen nonnulli et Assyrii et Babylonienses historica celebritate inter primos populos noscuntur. Non ita fecerunt Persæ et ipsi Arabes qui Islamismum amplexi sunt, neque Armeni. nec vel ipsi Abyssini qui Christiani facti sunt; hi enim omnes populi non solum majorum suorum fasta omni diligentia ex tenebris colligere satagerunt, sed ut illis majorem gloriam acquirerent, non contenti veris gestis, imaginarias ac phantasticas historias excogitarunt ad suos majores exaltandos.

Irak, Aderbig<sup>1</sup>auam, Mediam et partem Orientalem Mesopotamiæ. Hæc dialectus est lingua liturgica Nestorianorum ubicumque sint, et Chaldæorum sic dictorum ( id est Nestorianorum cum Ecclesia Romana unitorum ), Syrorumque catholicorum ac Jacobitarum qui sunt in regione Indica Malabar dicta, quique origine omnes Nestoriani erant. Varietas Occidentalis a parte Occidentali Mesopotamiæ usque ad mare Mediterraneum vigeat; (1) estque hodie lingua liturgica Syrorum sic simpliciter dictorum ( qui sunt origine Jacobitæ ), Jacobitarum et Maronitarum; vulgo quoque creditur eam fuisse linguam liturgicam Melchitarum. (2)

Sciendum insuper quod Dialectus Occidentalis vocatur etiam *Edessena* ( ܐܕܝܣܝܐ ) referendo ad *Edessam* celebrem civitatem Mesopotamiæ, in qua purior hæc dialectus vigeat; Orientalis autem dicitur *Nisibena* ( ܢܝܨܝܒܝܐ ) a *Nisibi*, altera Mesopotamiæ urbe, quæ celeberrimam

(1) Hoc creditur communiter, sed in partibus occidentalibus Syriæ, ut videmus infra, systema Orientalium magis vigeat.

(2) Melchitæ dicuntur Christiani in Syria qui Ecclesiam Constantinopolitanam inde a seculo V in ejus dogmate secuti sunt, et inde a seculo VIII vel IX in ejus ritu. III Christiani linguam Syriacam in liturgia adhibebant usque ad tempora nobis viciniora, eisque jam præferebant librum liturgicæ Ecclesiæ Constantinopolitaneæ a Græco in Syriacum sermonem translatis sunt, quorum multa exstant hodie exemplaria. Hos libros si examinamus, rem attentione dignam videmus, nempe Melchitarum scripturam ( loquimur de Melchitis Syriæ tantum, nam Melchitæ Palestine propriam habebant et scripturam et dialectum ut cap. præced. vidimus versus finem ), Melchitarum Syriæ scripturam, inquam, in omnibus characteribus casu calligraphicæ Nestorianorum scripturæ simillimum, orthographicæ autem Melchitis systema Occidentalium i. e. Jacobitarum sequi. Probabilis est igitur Melchitis lingua in Syriacam pronunciatæ ad Nestorianorum instar, virosque qui libros liturgicos illos in Syriacum sermonem translulerunt, fuisse ex Jacobitarum secta; in historia enim non memoratur in secla Melchitica antiquitas claruisse viros ita linguam Syriacæ et Græcæ peritos ut hujusmodi translationem, tam elegantem, tam accuratam, ut videmus in libris de quibus loquimur, aggredi possent. Denique quoad textum s. Scripturæ, dignum est observari illum, sicut Psalterii, magis ad lectionem Jacobitarum accedere, quamquam multæ sint in eo lectiones quæ Nestorianorum textum confirmant.



habebat scholam Nestorianam in hac dialecto. (1)

Discrimen inter has linguæ litteralis dialectos non est essentielle, sed consistit tantum in nonnullarum litterarum et vocalium pronuntiatione ac in orthographia. Hujusmodi autem variatio non a quodam homine aut hominibus dedita opera invecta est, ut quidem ex vulgo autumant, sed ea est effectus communis legis rerum omnium humanarum, ut eæ scilicet secundum diversitatem locorum ac temporum varientur. Attamen negari nequit Orientalium dialectum, nimirum illam quæ vulgo Chaldaica dicitur, esse genuinam ac veriore[m] linguam Aramaicam, eamque alteri præstare ut loco suo ostendamus, atque demonstrabimus Barhebræum illustrem Jacobitarum doctorem, vehementer hallucinatum esse eum dialectum Orientalium vilipendit ac suæ gentis vernacule Occidentali postposuit.

Ex quo plane intelligitur eos qui primo linguæ Syriacæ in Europæ scholas introducere, male egisse eum Occidentalium pronuntiationem adoptarunt, ita ut ea usque ad hæc tempora in scholis Europæ et Americæ sola

(1) Barhebræus in quodam nota ad opus suum grammaticale cujus titulus **ܡܘܨܪܝܐ**, (pag. 5, edit. Martin) loquendo de dialectis Syriacis, dicit eas tres esse: Occidentalem seu *Edessenam*, Orientalem i.e. *Nisibeam* et *Palæstinensem*: est nihil dicit de discrimine inter dialectum Palæstinensium et ceteras duas. Celeberrimum nescimus an aliquis nunc ex antiquis scriptoribus de hac dialecto Palæstinensi a Barhebræo memorata locutus sit. Si per Palæstinensem dialectum intelligere voluit Barhebræus, ut probabilissimum est, linguam qua scriptus est celeberrimus codex a nobis jam memoratus qui hodie in bibliotheca Vaticana Romæ extat continens evangeliarum ordinatum juxta ritum Melchitarum, quippe Antiochiæ Arabum exaratus est in usum Melchitarum anno p. Ch. 1030, tunc difficultas surgit quod hujus codicis dialectus notabiliter differt ab ordinaria lingua Syriaca qua Barhebræus scripsit: quare fere eadem est ac dialectus qua hodie utuntur Syrii oppidi Malabæ de quibus postea erit sermo.

Idcirco non intelligimus quo jure eam eum dialectis Orientali et Occidentali Barhebræus contulerit, cum hæc duæ dialecti non differant inter se nisi pronuntiatione et dictione; dialectus autem sic dicta Palæstinensis multum differt grammaticè et lexicologicè a ceteris duabus.

vigeat. Debebant enim potius systema Orientalium assumere, quod antiquius ac verius est, imo quod illi consuetaneus sit usus multorum populorum Occidentalium ipsorum, Syriæ nempe et adjacentium regionum; etenim incolarum montis Libani pronunciationem conformem fuisse mori Orientalium, inter cetera ostendunt plurima Syriaca nomina propria quæ usque ad hunc diem conservata sunt, ut *Res<sup>h</sup>âina*, *Mairuba*, *Alma*, *Nuhra*, *Becfaija*, *Res<sup>h</sup>maiija*, *Shallit'a*, etc. (1)

Pariter Damasceni territorii incolas Syriacum sermonem more Orientalium pronunciare solitos fuisse, probant nomina oppidorum adhuc superstitem, exemp. grat. *Râs<sup>h</sup>aiija*, *Dâraiija*, *Maârri*, *Beillahja*, *H<sup>h</sup>as<sup>s</sup>baiija*. Item in oppidis Damasco vicinis, cujus præcipuum est *Mâlula*, in lingua Syriaca quæ adhuc ibi viget ut vernacula ut videbimus, pronunciatio Orientalis prævalet. (2) Si in istis Occidentis regionibus lingua Syriaca solita fuisset pronunciari more Occidentalium, nomina a nobis nuper citata pronunciarentur: *Ris<sup>h</sup>âino*, *Mairubo*, *Ôlmo*, *Nuhro*, *Becfâjo*, *Ris<sup>h</sup>mâjo*, *Shâlît'o*, *Ris<sup>h</sup>âjo*, *Dôrâjo*, *Mâro*, *Beillahjo*, *Has<sup>s</sup>bâjo*.

(1) Si quis obijciat dicens: Quomodo hæc assertio concordat cum facto notorio quod et super memoratum est, scilicet quod Maronitæ, qui sunt præcipui et maxima pars incolarum montis Libani, in cultu religioso linguam Syriacam more Occidentali adhibent? Respondemus hujus diversitatis causam manifestum esse, nempe Maronitas itæa quidem, cum scilicet lingua Syriaca usui vulgari utebantur, eam modo Orientalium pronunciasse. postea vero cum hæc lingua uti cessassent, assumptis in cultu religioso sere omnibus libris Hæreticis Jacobitarum, ab his didicisse linguam Syriacam pronunciare more Occidentalium in beatone non in loquela. Non impossibile est etiam Maronitas ab antiquis temporibus quibus lingua Syriaca adhuc loquebantur, more Orientalium loqui, at more Occidentalium legere solitos fuisse, sicut hactenus Syriacæ incolæ alio modo linguam Arabicam pronunciant loquendo, alio legendo. Quod probabilius est.

(2) Valde probabilis est Melchitis etiam qui in tota Syria degunt, vel eos qui in montibus erant, linguam Syriacam more Orientalium proferre solitos fuisse, ut vidimus supra.

Unaquæque ex duabus nationibus Syriacis Orientali nempe et Occidentali ardentem curam impendit in lingua Syriaca colenda, expolienda, perficienda, præsertim inde a seculo IV post Christum. Plurimæque pro hoc scholæ erectæ sunt, quarum celebriores duæ erant, altera Edessæ quæ mater seu metropolis Syrorum nuncupatur, altera Nisibi, quæ ambæ urbes Mesopotamiæ sunt. Nam et hoc animadversione dignum est litterataram Syriacam nullibi tam floruisse primis Christi seculis, nec in Syria, neque in Assyria aut in Babylonia, ut in Mesopotamia.

Litteralis linguæ Syriacæ usus generalis olim fuit in maxima Orientis parte ut diximus supra. Ast ex quo Islamismus apparuit, paulatim sermo Syriacus ab ore populorum cedere incepit, ita ut longo abhinc tempore nulla inveniatur hodie ingens civitas cujus incolæ linguam Syriacam in communi sermone adhibeant. Solis in oppidis ac parvis civitatibus conservata est Syriaca lingua usque ad hunc diem, at multum mutata et corrupta, sicut successio temporum facere solet in omnibus mundi linguis.

Hæc quæ diximus de dialecto Syriaca litterali satis sunt.

Quarta dialectus Syriaca, quæ Samaritana dicitur, vernacula erat sectæ cujusdam ex populo Israelitico, Samaritæ dictæ, quæ urbem nunc Nablus nuncupatam ejusque territorium in Palæstina incolit estque reliquiæ Samaritanorum veterum qui a Judæis sub Jeroboamo rege sese separarunt. Cum enim S<sup>b</sup>almanasar Assyriæ rex qui Samaritanorum terras oppugnavit eosque captivos duxit medio circiter seculo VII ante Christum (2 Reg. XVII), atque ad eorum terras misit colonias Syriacas, ex Babylone aliisque civitatibus imperii Assyriaci collectas, quæ

illas terras habitarent ac colerent, hic novus populus linguam Syriacam quam secum tulerat, conservavit, sed multis vocibus ac usibus Hebraicis deformavit, ut nova inde brevi tempore orta sit Syriaca dialectus, cui placuit nomen linguæ Samaritanæ dari. In hanc linguam converterunt Samaritani Pentateuchum præter quem nullum recipiunt alium librum ex Bibliis Hebraicis; alios quoque habent codices lingua hac sua conscriptos; eorumque alphabetum quo scribunt, ex primitivo alphabeto Aramaico originali, (vulgo dicitur Phœnicium), derivatum est, ex quo cetera nota alphabeta fluxerunt. Samaritanorum, de quibus sermo, qui olim ingentem nationem considerabilem formabant, valde diminutus est numerus hoc nostro tempore; multisque abhinc annis, lingua Samaritana derelicta quam tamen in scholis addiscunt, Arabica utuntur loquela. Hujus extraneæ dialecti Syriacæ lex est ut omnes litteræ gutturales, *he*, *h<sup>et</sup>*, et *ain*, ut *hamza* pronuncientur; item in ea, nomina plurium alphabeti litterarum corrupta sunt, dicitur enim: *Bel*, *Gaman*, *je* (pro *he*), *ba* (pro *waw*), *it* (pro *h<sup>et</sup>*), *til*, *labad*, *in* (pro *ain*), *s<sup>han</sup>* (pro *s<sup>hin</sup>*), etc. In scriptura nihil habent Samaritani præter litteras; nulla vocalium signa aut puncta cujuscunque generis scribunt. Lingua Syriaca in hac dialecto omnino more Orientalium pronunciat. Vocum, quæ a littera quiescente incipiunt, initio solent Samaritani vocalem *a* addere pronunciando.

Atque hæc sunt linguæ Syriacæ dialecti quæ scribuntur.

Dialectorum autem non scriptarum prima est lingua *Assyriaca* vulgaris quæ viget in Assyria, in montibus Orientalibus Mesopotamiæ, in Curdistano, in Persico regno, etc. Dialectus hæc est, ut diximus supra, Syriasmus

valde corruptus innumerisque vocibus exoticis permixtus. Qui hoc idiomate utuntur, ipsi se Syros (ܣܘܪܝܝܘܬܝܢ pro ܣܘܪܝܝܘܬܝܢ) vocant, necnon suam linguam simpliciter appellant Syriacam (ܣܘܪܝܝܘܬܝܢ). Mirandum tamen est quod hos populos gentes extraneæ cum quibus ii conversantur haud hoc nomine vocent, imo nesciant eos Syriaci generis esse præter litteratos, sed eos quodam contemptu vocent *fallâh*<sup>h</sup>os (i.e. *ruricolos*), eorumque linguam *fallâh*<sup>h</sup>icam (*rusticam*), quasi suum genus et originem in aliorum populorum oculis amiserint. E contra ceteri populi qui, in Mesopotamia Occidentali et in Syria, vulgari Syriaco idiomate utuntur et de quibus mox erit sermo, noscuntur et vocantur Syri ab aliis populis, quamquam hi multo pauciores sint quam illi qui Assyriaca dialecto loquuntur. Pronunciatio Syriaci sermonis in illa Assyriaca dialecto more Orientalium est. Deformatur tamen radicaliter in ea nonnullarum litterarum articulatio; convertitur enim *h<sup>h</sup>el<sup>h</sup>* in *h<sup>e</sup>* et *ain* in *hamzam*; in nonnullis autem locutionibus *zquafa* pronunciatur ut *O* sicut, pronunciant Occidentales. Subdividitur hæc dialectus in duas præcipuas varietates, alteram Occidentalem quæ viget præcipue in Assyria partibusque Orientalibus Mesopotamiæ, alteram Orientalem quæ vernacula est Christianorum Syrorum imperii Persici, i.e. provinciæ Urmiae finitimarumque terrarum et montium. Prior harum duarum varietatum est minus corrupta quam altera.

Secunda dialectus Syriaca vulgaris non scripta, locum habet in montibus Mesopotamiæ qui *Tur-Âbdin* dicuntur adjacentibusque locis, quorum omnium incolæ Christiani sunt Syri Jacobitæ. Horum quoque populorum Syriacus sermo corruptus est, sed multo minus quam dialectus Assyriaca quam uuper descripsimus. Pronunciatur

tamen more Occidentalium hæc sola dialectus.

Tertia denique dialectus Syriaca non scripta, erat quondam lingua communis totius Syriæ; hodie tamen ejus usus maxime limitatus est; viget tantum apud exiguum adeo populum in territorii Damasceni tribus oppidis, quorum præcipuum dicitur Málula. (1) Hic parvus populus Christianus est, at sequitur ritum Grecorum id est Ecclesiæ Constantinopolitanæ, seu ad sectam Melchitarum pertinet; sunt tamen inter eum multi Mahomedani qui eodem idiomate utuntur. Hujus dialecti pronuntiatio media est inter Orientalem et Occidentalem, at magis ad Orientalium modum appropinquat; *qafam* enim in fine vocabuli semper ut A proferunt hi Syri, aliquando etiam in medio vocis; duplicant litteras ut Orientales, vocalemque finalem clausam quam sequitur consonans sive productione ut ceteri genuine Aramæi pronunciant. Nonnullas tamen litteras vitiant; *qof* enim ut *k* pronunciant, *taw* durum ut Persicum *ṭ*, Gallicum *tch*, Anglicum *ch*, Italicum *c* in *cima*; sæpe *b* ut *p* proferunt. Hæc tamen Málulana est omnium trium dialectorum vulgarium minus corrupta, magisque ad regulas puræ linguae Syriacæ accedit, et ex hoc capite majorem considerationem meretur. Imo hic populus, quamquam tam minimus, sic spiritu Syriasmi, ut ita dicam, imbutus est, ut vocibus exoticis quas præcipue ex Arabica lingua adoptat, Syriacam formam semper det. Lexicologia tamen Syriaca in hac dialecto valde pauper est; ex Arabica lingua suppletur.

(1) De hac dialecto Málula scripsit doctus orientalista R. Duval, et in *Journal Asiatique* n.º 3 an. 1879 edidit brevem articulum, cui non desunt errores varii propterea quod auctor qui nunquam hominem Málulanum in sua vita viderat, ad scribendum suum articulum nullum documentum præ manibus haberet præter mancas duarum paginarum notulas quas quidam doctus vir Gallus per Málulam transiens ex ore incolarum festinanter et inaccurate enllexerat, sæpe male redegerat, quasque non semel typographia vel mala lectio corruperat.

Diximus supra tres extremas dialectos non esse scriptas; attamen sciendum est primam earum nempe Assyriacam nonnullis abhinc annis scribi cœpisse, primo quidem in regno Persico ubi ante quinquaginta circiter annos in urbe Urmia Protestantes Americani typographiam crexerunt, qua sacram Scripturam aliosque libros ediderunt ea hujus dialecti Assyriacæ varietate quæ est propria regionis illius Persicæ quæ Aderbig<sup>1</sup>an dicitur. In urbe autem Mossul ante triginta circiter annos Missionarii catholici ex Ordine S. Dominici imprimere cœperunt religiosos libros lingua Assyriaca vulgari conscriptos sed ea varietate quæ est propria Assyriæ. Quæ duæ varietates dialecti de qua agimus, non parum discrepant inter se. Utraque tamen varietas iisdem characteribus impressa est, scilicet scriptura sic dicta Nestoriana, cum utraque vigeat apud populum qui est origine Nestorianus. In dialectum autem Tur-Abdinensem recenter translatae sunt a Protestantibus nonnullæ s. Scripturæ partes. Utrique autem dialecto, Assyriacæ inquam et Tur-Abdinensi, diligenti cura studuerunt docti Europæi, librosque elementares grammaticos et lexicographicos ad has duas dialectos addiscendas in linguis Europæis composuerunt. In dialecto autem Malulæ necimus an aliquid scriptum sit, at credibile est eam aliquando scriptam fuisse, etenim codices quos cap. præced. descripsimus, continentes fragmenta Syriaca librorum liturgicorum ritus Melchitarum, dialecto scripti sunt cui hoc Malulæ idioma simillimum est.

At ex eo tempore quo hæc dialectus in hunc exitum Malulæ tractum relegata est, admodum rudis evasit, ita ut nemo cogitaverit in ea aliquid scribere, præsertim ob paucitatem eorum qui ea utuntur et ob jurisdictionem non Syriacam cui ecclesiastice subjecti sunt; imo

fama est quosdam ex iis quorum vox a gente illa pretiosas has suorum majorum reliquias conservare satagente auscultanda est, incassum conatos esse eam gentem inducere ut sermoni Syriaco Arabicum substituerent. Ante paucos vero annos in istam plagam quidem juvenis solertissimus orientalista Germanus, Mauritz nomine, se contulit, dialectumque Málulæ discendi operam navavit, ac ejus elementarem grāmaticam germanice composuit.

Nunc vero, ut summam ea quæ hactenus de septem linguæ Syriacæ dialectis exposita sunt perstringamus dicimus: 1° Omnes hæ septem dialecti more Orientalium proferuntur, excepta dialecto T'ur-Ábdin quæ sola more Occidentalium pronunciatur, sicut dialectus litteralis Edessena. — 2° Ex his septem dialectis ea quæ magis ad genuinum ac primitivum Aramaicum typum accedit, est dialectus Babylonica (dicta Chaldaica), dein lingua litteralis, dein dialectus Málulæ, dein Mandaitica, Samaritana, T'ur-Ábdinensis et tandem Assyriaca. — 3° Hæ dialecti discrepant multum inter se, sed unaquæque ex eis cum altera aut pluribus concordat. Nam: *a*-Dialecti Babylonica, Samaritana et Málulana inter se concordant in hoc quod littera præformativa 3<sup>m</sup> personæ totius in aoristo sit in his dialectis *jod<sup>h</sup>* sicuti est in linguis Arabica et Hebraica, cum in ceteris dialectis quæ hoc tempus habent ea sit *nun*. *b*-Insuper omnes dialecti præter litteralem, Assyriacam et T'ur-Ábdinensem pluralem omnium nominum *taw* fæminini carentium formant per additionem *jod<sup>h</sup>* duplicati in fine. *c*-Præterea Mandaitica, Samaritana et Assyriaca pronunciant *nîn* ut *hamzam*. *d*-Deinde Assyriaca cum T'ur-Ábdinensi concordat in eo quod ambæ tempus præteritum et aoristum amiserunt, et pro his



participium agentis et participium patientis adhibent. c. Dialectus Samaritana cum Málulana concordat quod habent inter verba conjugationem *inpiel* (ܦܝܠ) quæ non invenitur nisi in lingua Arabica et Hebraica. (1)

Hæc quoad grammaticam. Quoad lexicographiam autem, dialecti Chaldaica, Mandaitica, Málulana et Samaritana mirum in modum inter se concordant, ita tamen ut Chaldaica, præsertim prout est in Targumim vetustioribus, dici possit omnium harum dialectorum archetypus. E contra vocabula in dialectis Assyriæ et Mesopotamiæ magis ad Syriacam litteralem accedunt.

Hic gravissima quæstio sese offert discutienda: Quæ causa fuit tantæ evidentissimæ similitudinis inter dialectum Málulanam et linguam Palæstinensem quæ certissime Chaldaica est et ex Babylonia tam dissita originem habuit, ut suo loco satius demonstravimus? — Mihi unica hujus quæstionis solutio est hæc: Antiquitus purus et præcipuus Aramaismus repræsentabatur a dialecto dicta Chaldaica, quæ ideo in omnibus syriacæ loquentibus regionibus plus minus bene vigeat, exceptis forte partibus Occidentalibus Mesopotamiæ et Orientalibus Syriæ in quibus forsitan idioma vulgare erat plus minus simile Syriacismo linguæ hodie vulgatæ quam dicimus litteralem, qui postea, i. e. circa tempus foundationis Christianismi, communior et prædominans ignota causa evaserit, ita ut Chaldaismum ipsum ceterasque dialectos cessare fecerit in

(1) Ex præcedentibus patet Payne-Smithi, auctorem Thesauri Syriaci cujus editio adhuc ad terendum non ducta est, virum ceteroquin maximi merit, malo fuisse, quod in dictionario lingue Syriacæ classicæ inseruerit vocabula corruptissime dialecti Urdæ quæ omnium dialectorum Syriacarum vulgariū hodie videntur pessima est, vel saltem quod hanc dialectum solum elegerit neglectis ceteris, Assyriacæ Occidentali, Turablipensī, Málulana, quæ maxime illi præstant. Desiderarem etiam quod characteres strangelus adoptasset vir præstantissimus pro Jacobdiciis.



discrepantia diversarum dialectorum Syriacarum, hic inserimus specimina ex Gen. I et ex Deuter. V desumpta, quatuor dialectis Syriacis expressa, Assyriaca scilicet, Litterali, Samaritana et Chaldaica. in totidem columnis parallelis disposita.

GENESIS CAPUT PRIMUM

DIALECTUS SAMARITANA

DIALECTUS CHALDAICA

ܕܒܪܐ ܐܠܗܝܡ ܫܡܝܘܬ ܕܗܫܝܡܝܢ

ܒܝܘܡ ܕܠܘܠܐ ܕܗܝܘܬ ܗܝܫܝܡܝܢ

ܘܥܠܡ ܕܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ

ܘܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ

ܘܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ

ܕܗܫܝܡܝܢ

ܘܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ

ܘܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ

ܘܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ

ܘܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ

ܘܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ

ܘܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ

ܘܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ

ܘܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ

ܕܒܪܐ ܐܠܗܝܡ ܫܡܝܘܬ ܕܗܫܝܡܝܢ

ܕܒܪܐ ܐܠܗܝܡ ܫܡܝܘܬ ܕܗܫܝܡܝܢ

ܘܥܠܡ ܕܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ

ܘܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ

ܘܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ

ܕܗܫܝܡܝܢ

ܘܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ

ܘܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ

ܘܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ

ܘܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ

ܘܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ

ܘܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ

ܘܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ

ܘܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ ܕܥܠܡܝܢ

DIALECTUS ASSYRIACA

SYRIACA LITERALIS.

ܕܢܝܢܐ ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ .  
 ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ .  
 ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ .  
 ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ .  
 ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ .  
 ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ .  
 ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ .  
 ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ .  
 ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ .  
 ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ .  
 ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ .

ܕܢܝܢܐ ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ .  
 ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ .  
 ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ .  
 ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ .  
 ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ .  
 ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ .  
 ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ .  
 ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ .  
 ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ .  
 ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ .  
 ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ .

DEUTERONOMII

DIALECTUS ASSYRIACA

SYRIACA LITERALIS

ܕܢܝܢܐ ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ .  
 ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ .

ܕܢܝܢܐ ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ .  
 ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ ܕܡܘܨܪܐ .

DIALECTUS SAMARITANA

DIALECTUS CHALDAICA

ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ  
 ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ  
 ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ  
 ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ  
 ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ  
 ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ  
 ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ  
 ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ  
 ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ  
 ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ  
 ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ

ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ  
 ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ  
 ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ  
 ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ  
 ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ  
 ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ  
 ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ  
 ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ  
 ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ  
 ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ  
 ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ

APUT QUINTUM

DIALECTUS SAMARITANA

DIALECTUS CHALDAICA

ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ  
 ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ

ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ  
 ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ ܕܠܟܝܢܐ





Diximus supra Chaldaicam dialectum inter omnes Syriacas dialectos nobis notas esse antiquiorem magisque quam dialectum dictam litteralem primitivæ linguæ Aramaicæ vicinam. Age nunc ut aliqua ex argumentis quæ hoc demonstrant producamus. Itaque primum argumentum desumitur ex concordantia aliarum dialectorum Syriacarum cum hac in iis in quibus ea a lingua litterali differt. Id confirmatur alio facto quod scilicet in iis in quibus dialectus Chaldaica a Syriaca litterali differt, cum Arabica mirum in modum convenit quæ, ut notum est peritis, est omnium linguarum Semiticarum nobilissima, antiquissima, elegantissima ac prototypo ex quo omnes semiticæ linguæ fluxere, vicinissima: cum hac concordat dialectus Chaldaica ubi differt a ceteris dialectis. (1) Etenim, ut id exemplis ostendamus: - 1<sup>o</sup> *a* - In parte grammaticali quæ de pronominibus agit, invenimus in utraque lingua pro pronomine personali suffixo 3<sup>o</sup> personæ fœm. litteram *he* motam per *a* ut אבא אבא (pater ejus f.), cum hæc *he* in lingua Syr. litt. sit quiescens, ut אבא. *b* - Item pronomen personale 1<sup>o</sup> pers. pl. suffixum est in utraque lingua *na* ut כתבנא כתבנא (scripsimus), cum hoc *nun* in Syr. litt. sit etiam quiescens ut כתבנא. *c* - Pariter in utraque lingua pronomen demonstrativum exit in litteram *h*, ut אבא אבא (iste), cum in Syr. litt. hoc *h* in pronomine demonstrativo nunquam adhibeatur. *d* - Littera præformativa totius 3<sup>o</sup> personæ aoristi est littera *jod*<sup>h</sup> in illis, ut אבא אבא (deglutit), cum ea sit *nun* in Syr. litt. ut אבא. *e* - Infinitus ex verborum conjugationibus quæ *ataf* præfixum habent, ca-

(1) Lingue Hebraicæ testimonia consulto omnino suspectum cum putari possit Judæos linguam Chaldaicam quæ soli multis ab illis sentis utuntur, ad normam Hebraicæ linguæ modificasse.



dem ratione in duabus linguis formatur, addendo scilicet a longum ante ultimam litteram, ut **ܝܕܘܢܝܘܢ** ( pro **ܝܕܘܢܝܘܢ** et sic cetera ) **ܐܕܪܟܐ** ( *comprehensio* ), **ܝܥܘܕܟܘܢ** ( *traditio* ), **ܝܥܘܕܟܘܢܝܘܢ** ( *captivitas* ), cum in Syr. litt. hoc nomen addendo in initio *mim* et in fine *waw* formetur. *f* - Particula *h* ( **ܚ** ) similitudinis quæ in utraque lingua exstat, in Syr. litt. nonnisi cum **ܘܢ** adhibetur ut **ܘܢܝܘܢ** ( *sicut* ). - 2<sup>o</sup> Chaldaica dialectus plura vocabula habet idem significantia ac in lingua Arabica, ut verbum **ܘܢܝܘܢ** ( *impedivit* ), **ܘܢܝܘܢ** ( *brevis fuit* ), aliaque, quæ alio seasu in Syr. litt. exstant. - 3<sup>o</sup> Plurima nomina et verba Semitica quæ in lingua Arabica usitata sunt, in lingua Chaldaica sunt conservata, at Syriaca litteralis ea amisit ita ut nullum eorum in ipsa remanserit vestigium; ex. gr. verba:

<b>ܘܢܝܘܢ</b>	من اجل	<i>propter</i>
<b>ܘܢܝܘܢ</b>	أول	<i>primus</i>
<b>ܘܢܝܘܢ</b>	رخل	<i>agnus</i>
<b>ܘܢܝܘܢ</b>	ايث	<i>leo</i>
<b>ܘܢܝܘܢܝܘܢ</b>	خفساء	<i>scarabæus</i>
<b>ܘܢܝܘܢ</b>	دقار	<i>liber</i>
<b>ܘܢܝܘܢ</b>	كعب	<i>exterritus est</i>
<b>ܘܢܝܘܢ</b>	رحض	<i>lavil</i>
<b>ܘܢܝܘܢ</b>	زعفران	<i>crocus</i>
<b>ܘܢܝܘܢ</b>	حك	<i>instruxit</i>
<b>ܘܢܝܘܢ</b>	اراق	<i>effudit</i>

ܕܕܘܕܢܐ	بِرْكَة	<i>piscina</i>
ܕܕܘܕܐ	بَدِيل	<i>mutuus</i>
ܕܕܘܕܐ	جَزَى	<i>retribuit</i>
ܕܕܘܕܐ	مِخْذَاف	<i>ala</i>
ܕܕܘܕܐ	كِسَافَة	<i>vituperium</i>
ܕܕܘܕܐ	حَال	<i>transiit</i>
ܕܕܘܕܐ	حَرِد	<i>appetivit</i>
ܕܕܘܕܐ	اِسْعَاد	<i>auxilium</i>
ܕܕܘܕܐ	رَجْف	<i>tremuit</i>
ܕܕܘܕܐ	صَوَف	<i>pensum lanæ</i>
ܕܕܘܕܐ	رَن	<i>sonuit</i>
ܕܕܘܕܐ	تَرَكَ	<i>dereliquit (1)</i>

Quo clarius hujus argumenti vis appareat , advertendum est plura ex his vocabulis eadem ratione exstare et in dialecto Mandaitica imo et in dialecto Samaritana. Verbum autem **ܕܘܕܐ** videtur amissum esse ex his dialectis etiam , non enim invenitur hodie nisi in dialecto Málulæ.

Quantum argumentum est quod plurima nomina in dial. Chald. pronunciantur ut in lingua Arabica, secus ac in Syr. litt. ; exempla hic ponimus , admonentes plurima

(1) Cogitare non licet Judæos, per quorum libros tantum linguam Babylo-  
nicam cognoscimus, hujus modi vocabula a lingua Hebraica assumpsisse atque in  
linguam Babylonicam induxisse. Maxima enim pars horum vocabulorum quæ  
attulimus, non existant in lingua Hebraica. Plurima etiam eorum in inscriptionibus  
Syriacis Pamyrenis leguntur, ut **ܕܕܘܕܐ** et **ܕܕܘܕܐ**.

ex his exemplis eadem esse etiam in dialecto Mandaitica.

ARAB.	CHALD.	SYR. LITT.	
أذن <sup>أ</sup>	ܐܘܢܐ	ܐܘܢܐ	Auris
أخت <sup>أ</sup>	ܐܫܬܐ	ܐܫܬܐ	Soror
أنف <sup>أ</sup>	ܐܢܦܐ	ܐܢܦܐ	Vultus
بشارة	ܐܘܢܘܢܐ	ܐܘܢܘܢܐ	Nuncium
دجلة	ܐܘܪܘܟܐ	ܐܘܪܘܟܐ	Tigris (fl.)
زمن <sup>ز</sup>	ܐܘܡܢܐ	ܐܘܡܢܐ	Tempus
صغير <sup>ص</sup>	ܐܘܦܘܬܐ	ܐܘܦܘܬܐ	Parvus
ضلع <sup>ض</sup>	ܐܘܠܐ	ܐܘܠܐ	Costa
ضفدع <sup>ض</sup>	ܐܘܦܘܠܐ	ܐܘܦܘܠܐ	Rana
اصبع <sup>اص</sup>	ܐܘܦܘܠܐ	ܐܘܦܘܠܐ	Digitus
صديق <sup>ص</sup>	ܐܘܦܘܠܐ	ܐܘܦܘܠܐ	Justus
ركبة <sup>رك</sup>	ܐܘܦܘܠܐ	ܐܘܦܘܠܐ	Genus
سلسلة <sup>س</sup>	ܐܘܦܘܠܐ	ܐܘܦܘܠܐ	Catena

Denique lingua Syr. litt. testatur Chaldaicam dialectum sese antiquiorem esse per vocabula quæ ipsa continet formam Chaldaicam habentia, nullatenus suis regulis seu elementis conformia, ex. gr. *ܐܘܡܢܐ* et *ܐܘܦܘܠܐ* (tunc), in quibus *ܐܘܡܢܐ* et *ܐܘܦܘܠܐ* in Syriaca lingua litter. nullum sensum habent, at in Chald. significent *hic* et *iste*; idem dicendum de *ܐܘܠܐ*, *ܐܘܦܘܠܐ*, *ܐܘܦܘܠܐ*, *ܐܘܦܘܠܐ*, (aliis). Atque hæc satis sunt ad demonstrandum linguam Syriacam Babyloniorum quæ a Judæis conservatur, puriorem

esse ac eam quam Syri Christiani litteralem vocant. Ex his tamen noli concludere deesse omnino in lingua Syr. litt. puncta in quibus ipsa dialecto Chaldaicæ præstet, hæc tamen paucissima sunt.

Restat ut aliquid dicamus de lingua qua scriptæ sunt famosæ ac innumeræ inscriptiones antiquæ quæ ducentis abhinc circiter annis inveniri cœpere in Babylonia et Ninive exaratæ alphabeto quod dicitur vulgo cuneiforme. Igitur cum hæ inscriptiones cognosci cœperint, eruditi Europæi illis attentionem præstiterunt, magnoque conatu tentarunt eas legere ac interpretari; et post longos ineffabilesque labores non multis abhinc annis aliqui ex his investigatoribus proclamarunt se ex suis studiis ac investigationibus detexisse has innumeras inscriptiones non una esse exaratas lingua, sed maximam earum partem, quæ præsertim ex Ninive ac Babylonia extractæ sunt, esse lingua Semitica exaratas quam Assyriacam nominarunt; has inscriptiones non uno eodemque tempore esse factas, sed plurimis successivis temporibus usque ad tempora epochæ Christianæ; scripturam cuneiformem tria habere alphabeta, quorum unum hieraticum id est sacrum, alterum archaicum, tertium recentius. Lingua autem Semitica quam hi docti sibi suadent se ex illis inscriptionibus cruisse, et quam Assyriacam vocare statuerunt, non est lingua Syriaca seu Aramaica nota, sed ab ea et a ceteris linguis Semiticis magnopere differt. Hæc est summa sententiarum quæ hodie circa linguam inscriptionum cuneiformium Assyriæ et Babyloniæ vigent apud istos paucos eruditos qui harum rerum studiis laudabilissimo proposito sese dederunt in Europa, quorumque principes inter Gallos sunt Oppert, Lenormant, Menant, etc.

Nos autem harum opinionum instituto examine, sentimus eas nullo solido fundamento inniti, contendimusque cum doctissimo orientalista Renan quæstionem de interpretatione inscriptionum Chaldaicarum esse adhuc insolutam. Asserimus ergo linguam quam predicti eruditi existimant se in inscriptionibus cuneiformibus invenisse et quam novo nomine Assyriacam vocant non posse esse linguam antiquæ Babylonice neque Assyriæ, quia Assyriorum atque Babyloniorum qui vulgo nomine Chaldæorum noti sunt, lingua Aramaica erat; hæc autem de qua agimus non est lingua Aramaica, sed est confusa atque insipida mixtura ex linguis Hebraica, Syriaca, Arabica, ac aliis.

Sed antequam ultra in hoc argumento procedamus, operæ pretium existimamus nonnulla de origine regnorum Assyriorum ac Babylonensium necnon de Chaldæis, antiquissimis Babylonice Assyriæque dominis ac habitatoribus, disserere. Quoad primum, aliqui ex scriptoribus Europæis recentioribus illa duo regna non a Semitis sed a Cus<sup>h</sup>itis id est a stirpe Cus<sup>h</sup> filii Cham fundata esse asseruerunt. Sed contra hanc assertionem habemus quod Ninive quidem, Assyriæ metropolis, clare refertur ( Gen. X, 11 ) ab As<sup>h</sup>s<sup>h</sup>ur qui est filius Sem ( Gen. X, 22 ) fundata esse. Quod autem attinet ad Babylonem, dicitur quidem ( Gen. X, 11 ) Nemrod filius Cus<sup>h</sup> in ea regnasse, sed ut *venator* i.e. ut victor ( ital. *conquistatore* ) non ut fundator. Fundatio enim hujus celeberrimæ urbis locum habuit paulo post diluvii cessationem ( Gen. XI, 2 et seq. ). Ceterum poterat Nemrod Cushita ut *venator* populos Babylonice Semitas subjugare quin inde inferre liceat populos Babylonice ipsos fuisse Cus<sup>h</sup>itas, præsertim cum nullibi in historia sacra dicatur Nemrod civitates fundasse, sed tantum in eis regnasse ( Gen. X, 10 ).

Tota autem historia posterior monstrat populos illos fuisse Semitas, ut mox videbimus.

Quoad *Chaldaeos* speciatim, plures quaestiones sese offerunt. Cur Chaldaeorum nomen apud Hebraeos habet litteram *sin* (dicunt enim *Casd<sup>hh</sup>* pro *Cald<sup>hh</sup>*), cum apud Graecos, Latinos, Syros, ipsos Rabbinos i. e. Judaeorum litteratos habet *lamad<sup>h</sup>*? (1) Unde oriunda est haec gens? Differtne stirpe a Babyloniis, Assyriis ceterisque Aramæis populis Orientalibus? Cur hoc nomen apud omnes gentes (apud ipsos Aramæos) synonymum est etiam Astrologorum?

Diversa de his quaestionibus dicta sunt ab eruditissimis, cum nonnisi incerta de his rebus ut plurimum habeantur documenta. Liceat tamen nobis nonnulla summis labiis attingere. Primo observamus nil certi de his antiquissimis populis nobis innotescere nisi ex sacris Bibliis Hebraeorum, cum omnia eorum populorum propria documenta perierint; Graecorum autem libri, quamquam maximam utilitatem afferant, non possunt omnes in testimonium tuto vocari. Ceterum pro antiquissimis temporibus cognoscendis parum inserviunt scriptores Graeci, cum antiquissimus horum scriptorum, celeberrimus historiographus Herodotus, nonnisi ineunte seculo V<sup>o</sup> ante Christum vixerit. Unicus igitur fons ex quo possimus certam ac tutam haurire notitiam de Chaldaeis antiquis, est liber sacer Hebraeorum.

Jam vero quod ad Chaldaeorum originem et genus attinet, sciendum est hunc populum semper creditum

(1) Nomen *Casdeorum* cum *s* videtur notum atque vulgatum fuisse ipsis Chaldaeis; Rabbinus enim qui linguam Chaldaicam antiquae haereditas evaserunt Chaldaeos ut populum per *כַּסְדִּי* cum *s* significant, ut astrologorum autem eorum per *כַּלְדָּי* cum *l*. It. n. in libro Arabico *Agricultura Nabataeorum* dicto, cujus textus originalis Aramaeus est, nominantur tum *Casdae* *כַּסְדָּי* tum *Chaldaei* *כַּלְדָּי*.

esse Semiticum et eundem ac Babylonensem seu Assyrium. Sed presentis seculi initiis inter cujusdam scholæ doctos in Europa prævaluit opinio Chaldæos fuisse populum a Babylonensibus, Assysiis ceterisque populis Semiticis Orientalibus diversum, eum non Semiticum fuisse sed Arium seu Indo-europæum aut Scytham, vel, ut alii malunt, Turanium sen Mongolicum, scilicet e stirpe Turearum. Novissimus hujus opinionis fautor videtur esse famosissimus Orientalista Renan. (Vid. *Hist. des lang. Sémit.* pag. 62 et seq.).

Sed, omnibus serio consideratis, antiqua doctrina nobis sola videtur esse vera, nempe Chaldæos et Semiticum populum fuisse et eosdem ac Aramæos Orientales nempe Babylonenses et Assyrios. Etenim, ut a primo incipiamus, observandum est Chaldæorum nomen ut populi regnantis in s. Bibliis primo occurrere tempore Tarach patris Abrahami patriarchæ, centum quinquaginta circiter annis tantum post fundatam Babylonem. (Vid. Gen. XI, 28, ubi narratur Tarachium hunc urbem natalem Ur Chaldæorum reliquisse ut se in Syriam conferret). Observa hic Chaldæos fuisse non solum in Babylonica regione, sed et in Mesopotamia, nam hæc urbs Ur in Mesopotamia erat. Jam vero quod argumentum hic invenere scriptores novæ sententiæ, quod Chaldæi non fuerint Semitæ? Imo cum hæc terra Chaldæorum patria Abrahami ejusque parentum esset qui certissime Semitæ erant, atque illo tempore aramaice loquerentur ut testatur Scriptura, (Gen. XXXI, 47), probabilissimum est Semiticam Abrahami linguam in illa terra vernaculam fuisse. Adde quod si Chaldæi non essent Semitæ, eorum quoque nomen non esset Semiticum; atqui Casdæorum nomen Semiticum est, teste s. Scriptura (Gen. XXII, 22), ubi refertur

nepoti Abrahami hoc nomen impositum esse. Prima mentio igitur nominis Chaldæorum in documentis historicis nullum suppeditat argumentum pro nova opinione quam oppugnamus. Post plura secula apparet denuo Chaldæorum nomen in historia Biblica seculo VIII<sup>o</sup> ante Christum, sed quomodo apparet? Ut synonymum Babyloniorum, qui, fatentibus adversariis, Semitæ erant, in quo quorum terra omnium Semitarum scaturigo fuit et ideo Semitici generis prototypus. Infinita sunt Scripturæ loca in quibus sic occurrit nomen Chaldæorum sensu Babylonensium. Vid. inter cetera 4 Reg. XXV, 4, 5, 10, 13, 24, 25, 26, collata cum v. 1, 11, 13, etc. Vide etiam Is. XLIII, 14 et 48, 14 et 20, in quibus locis ii qui hic et alibi dicuntur Babylonenses, appellantur Chaldæi. Adde Jer. XXI, 4 et 9; XXII, 25; XXV, 12; Ezech. XXIII, 23, ubi expresse nominantur plures urbes Chaldaicæ præter Babylonem. Vide etiam Ez. 1, 3 et XI, 24 ubi regio Babylonica terra Chaldæorum vocatur. Nec dicatur Herodotum antiquissimum Græcorum historiographum (VII, 63) Chaldæos ab Assyriis distinxisse eum dixerit illos inter hos vixisse. Nam si admittatur Herodotum per Chaldæos intellexisse Babylonenses, tunc verum est Chaldæos inter Assyrios vixisse, cum hi et illi, quamquam ejusdem originis, duos distinctos populos formarent. Sin autem supponitur Herodotum Chaldæorum nomine famosissimum Astrologorum in Babylonia cætum, quod probabilissimum est, intellexisse, tunc nulla remanet difficultas. Secus quis sibi persuadere potest Herodotum qui sec. V<sup>o</sup> vixit antiquitatem melius cognovisse quam tot scriptores Hebræi, Isaias, Jeremias, Hezecias, auctores librorum Regum et alii, qui omnes vel vicini Chaldæis vel cum eis mixti et omnes contemporanei erant; quique cuncti Chaldæos exhibent ut eundem



populum ac Aramæos Orientales? Id autem tam notissimum est apud ipsos Aramæos, ut quamquam eorum scriptores nomen Chaldæorum fere nonnisi pro Astrologis usurpent, tamen non raro illud de Syris Orientalibus adhibeant. Satis sit Barhebræi celeberrimi scriptoris Syri testimonium qui in sua parva grammatica metrica de Syris Orientalibus loquens dicit ܐܘܪܝܝܢ ܕܫܘܪܝܐ ܕܥܝܪܐܢܐ. ܚܝܐ ܕܡܝܚܐ ܕܚܝܐ « mirabiles Orientales ( Syri ), filii antiquorum Chaldæorum. » Vid. etiam Barhebr. (*Édit. Martin, tom. II, pag. 5, l. 10.*)

Profecto nescio an extet in tota veteri historia aliquod factum majoribus ac solidioribus argumentis fultum, an evidentioribus rationibus possit veritas sese manifestare. Nam sane incredibile est quod Chaldæorum immensus, florentissimus ac potentissimus populus, ut doctis notum est, e terra perierit quin reliquias in regionibus quas incolebat reliquerit. Atqui in Babylonicæ regionis populatione hodierna quæ est evidenter Semitica, nullum elementum non Semiticum cernitur præter exiguas colonias Persicas, Turcicas vel Indicas hic illic disseminatas, quæ ab indigenis imo ab ipsismet ut extraneæ considerantur, quemadmodum in universis mundi partibus semper extranei inveniuntur cum indigenis, quasque si quis assereret ab antiquis Chaldæis descendere, is ut stultus ab omnibus haberetur. Denique ut possit prudenter suspicari Chaldæorum fuisse genus non Semiticum, oportet ut habeatur saltem unum aliquod documentum in quo tum Chaldæi ( quatenus populus, non quatenus Astrogolorum secta ) tum Babylonenses seu Assyrii seu Syri Orientales ut duo populi ab invicem distincti nominentur. Jam vero adversarii nunquam poterunt hujusmodi documentum proferre, cum nos e con-

tra innumera habeamus documenta genuina, authentica, contemporanea et omni exceptione majora contrarium probantia. Vide supra.

Denique tam evidens est ac rationi consentaneum Chaldæos fuisse populum Semiticum, ut ipse Renan, sui ipsius oblitus, aliis in locis sui libri fassus sit Chaldæos non solum Semitas fuisse, sed præcise Aramæos. Nam ( pag. 245 et 249 textu et nota, et pag. 250 ), admisit scientias ac omniigenam culturam quibus celebris in historia Nabateorum populus illustratus est, tribuendas esse Chaldæis eo quod Chaldæi hoc nomine etiam vocati sint ( pag. 242 et 243 ). Jamvero Nabatæos fuisse Semitas ac præcise Aramæos, est doctrina clarissima ipsius Renan quam sæpe repetit in suo opusculo *Mémoire sur l'âge de...l'Agriculture Nabatéenne* ( pag. 243 et 247 ). Unde necessario sequitur Chaldæos fuisse Aramæos ( pag. 243 lin. 3 ab imo, pag. 247 l. 6 ab imo, 249 l. 7, etc. ).

Falsissimum est igitur quod prædicti auctores mira discrepantia asserunt, Chaldæos scilicet fuisse origine vel Scythas, vel Turcas, vel Curdos, vel alium quemcumque populum non Semiticum. Nam quod attinet speciatim ad Curdos ( de ceteris enim sufficit eos nominasse ut ridicula absurditas appareat ), sequentia observare lubet. — 1. In Aramaicis documentis, et ipsorum Rabbiorum qui in Babylonia litteras Chaldaicas didicerunt scriptis, quæ documenta majorem merentur fidem quam omnes doctorum recentiorum novitatem amantium conjecturæ, alii sunt Chaldæi ܫܚܒܐ, alii Curdi ܡܚܘܒܐ. — 2. Deinde non negamus in Assyriaca regione et in Curdistan existere adhuc Curdos cum Semitis mixtos, sed ii ab omnibus considerantur ut diversissimi a Chaldæis necnon

Persis affines. In Babylonica autem regione ubi potissimum regnabant olim Chaldæi rarissimi sunt Curdi. Profecto si quis in Oriente auderet dicere alicui homini qui se crederet descendere ex antiquis Chaldæis: Tu es Curdus, risu ut non dicam contumelia susciperetur. — 3. Denique, quis homo rerum naturam considerans sibi suadere potest Chaldæos, de quibus notum est ad quantum culturæ intellectualis et civilis gradum ascenderint, eundem esse populum ac Curdos qui, ut notissimum est, nullam unquam litteraturam aut gradum vel minimum culturæ civilis habuerunt nec usque ad hunc diem habent? Igitur inutile est originem Chaldæorum e longinquo petere cum positiva documenta testentur eos aborigines in Chaldæa fuisse, quæ certissime, fatentibus ipsis adversariis, Semitica erat et usque ad hunc diem Semitica est.

Sed adversarii objiciunt quod nomina regum et magnatum Assyriæ non sunt Semitica; ergo Chaldæi non erant Semitæ. — Hoc (non negamus) argumenti speciem habet, estque unicus adversariorum prætextus. Nihilominus respondemus: Aliqua horum nominum, fatentibus adversariis, sunt aperte Semitica; ergo eodem, imo majore jure concludimus Chaldæos qui hæc nomina ferebant Semitas fuisse. Cetera nomina regum et magnatum Chaldæorum prout jacent, in omnibus mundi linguis inexplicabilia sunt; ergo aut dicendum est ea origine quidem Semitica fuisse, sed postea, ignota causa, corruptionem passa esse, ut sæpe evenit; etenim plura nomina Biblica ad Hebræos, Aramæos, Arabes vel ad ceteras gentes Semiticas relata, inexplicabilia sunt prout jacent; aut (quod probabilius est), nomina ad Chaldæos pertinentia, quorum Semitica etymologia non apparet, a Chaldæis (ut astrologis) superstitionis ergo conficta esse ut

astrologica seu magica cognomenta, quod in hujus futilissimæ artis cultoribus vulgatissimum est.

Sed, inquit doctor Renan ( lib. cit. pag. 65 ), Chaldæi, teste Daniele I, 4 habebant linguam propriam, ergo non erant Semitæ .- Respondeo : 1° Argumentatio non regit, ut evidens est; nam poterant Chaldæi linguam propriam habere et simul Semitæ esse .- 2° Chaldæi, teste Daniele II, 4, allocti sunt regem aramaice, ergo Aramæi erant. Deinde si per Chaldæorum linguam et litteraturam intelligitur astrologia et ceteræ Chaldæorum ut astrologorum scientiæ occultæ, quod probabilissimum est, non sequitur Chaldæos ut populum non fuisse Semitas. Denique etiam apud Romanos dicebatur Latinorum seu Latina litteratura instrui, hodie etiam in scholis Arabum dicitur Arabum litteratura institui, consequiturne Romanos non fuisse Latinos, aut Arabum scholas non esse Arabicas? Ipse Oppert celeberrimus Assyriologus de quo supra, fatetur et sustinet nomina Chaldaica, de quibus sermo, non explicari nisi in lingua quam ipse in inscriptionibus cuneiformibus se invenisse asserit, quæque Semitica est, ut peritis notum est.

Triumphaliter autem objicit Renan ( lib. cit. p. 69 et seq. ) : Quæ referuntur in historia de magnis gestis Babylonensium et Assyriorum, de eorum militari ingenio et potentia, atque cultura in politica, scientiis, artibus, magnificentiorumque monumentorum erectione, omnia hæc non possunt Semitis quadrare, quia Semitæ ad res gloriosas moliendas inepti sunt; ergo Chaldæi qui hæc fecerunt, non erant Semitæ .- Sed nos retorquentes argumentum respondemus : Hæc omnia gloriosa gesta opus sunt Chaldæorum, ut testatur historia, qui ut supra demonstravimus, Semitæ erant; ergo falsissimum ac

injuriosissimum est hujusmodi magnarum rerum Semitas incapaces esse. Etiam si verum esset Judaicam nationem, ut Renan contendit, quam ipse super omnes Semiticas gentes extollit, hujusmodi incapacitatis argumenta exhibuisse, consequiturne omnes Semiticas nationes eodem vitio laborare? Nihilominus alibi ( p. 249 ) admittit coactus est Renan sui oblitus, Chaldaeorum scientias in historia tam celebres, Semiticas fuisse.

His prælibatis, demonstrandum nunc nobis est assertum quod supra posuimus, nempe Assyriorum ac Babylonensium linguam Aramaicam fuisse contra Oppert ceterosque Assyriologos qui contendunt hanc linguam Semiticam quidem fuisse, sed non Aramaicam. Id autem duorum generum argumentis demonstrabimus quorum alterum petitur ex lingua ab Assyriologis inventa in se considerata, alterum ex consideratione populorum quibus hæc lingua tribuitur.

Ut a primo incipiamus, observamus ante omnia nomen ipsum ab hac schola excogitatum linguæ Assyriacæ esse omnino novum, nullibi enim in monumentis antiquis memoratur lingua Assyriaca ut ab Aramaica seu Syriaca distincta, vel in ipsis Bibliis sacris quæ tam fuscè de Assyriis et Babyloniis loquuntur, neque in ceteris monumentis Judæorum, ut Talmudim quorum unum in ipsa Babylonia factum est. Unde licet concludere nunquam antiquitus extitisse hujusmodi linguam a ceteris linguis hucusque notis distinctam. Deinde cum ceteræ linguæ antiquæ omnes etiam quæ perierunt vestigia plus minus copiosa reliquerint, credibile non est linguam de qua agimus, si extitisset, ne verbum quidem unum in tota antiquitate reliquisse exceptis nominibus propriis quorum etymologia incerta est. Impossibile enim est tantos ac tam

celebres populos quales fuerunt Babylonii ac Assyrii, nullum suæ linguæ vestigium apud posteros vel apud vicinos populos reliquisse.

Alterum argumenti genus ad confutandam linguam Assyriacam Assyriologorum ex positiva historia desumitur, quæ certissime testatur linguam Assyriorum ac Babyloniorum Aramaicam fuisse, eandem scilicet quæ vigebat olim in Syria ac Mesopotamia, utique eum aliquali varietate sicut omnibus mundi linguis varietas inest propter locorum diversitatem.

Ut ab Assyriis incipiamus, facile demonstratur eorum linguam antiquitus Aramaicam fuisse. Nam—1° Habemus insigne testimonium sacri Codicis in quo refertur II Reg. XVIII, 26, cum urbs Jerusalem obsidione ab Assyriorum exercitibus cincta esset, Judæorum duces ac sacerdotes ab Assyriorum ducibus petiisse ut lingua propria id est Assyriaca coram plebe Judæa hanc linguam non intelligente, loquerentur. Jam vero hæc lingua in sacro textu appellatur Aramaica. Unde evidens est linguam Assyriorum sæculo VIII ante Chr. Aramaicam fuisse, quam ideo magnates Judæorum cognoscebant quia eadem erat ac lingua Syriæ ipsis vicinæ. Effugium autem quo Assyriologorum princeps Oppert hujus argumenti tam certi vim labefactare conatur, dicendo eandem petitionem Judæos potuisse Assyriis facere etiamsi lingua Aramaica non Assyriæ sed Syriæ tantum vernacula esset, hoc effugium, inquam, nihil illi prodest. Etenim credibile non est Judæos sub terrore Assyriorum versantes eorumque gratiam exquirentes, potuisse eos rogare ut lingua non sua ipsos alloquerentur. Interroga Hebræos apud quos hi libri sacri compositi sunt, qui eos conservarunt quique quotidie eis utuntur inde a tempore quo compositi sunt, et uno ore

tibi respondent hic per linguam Aramaicam intelligi linguam Assyriorum.—2° Notum est etiam scriptores veteres, præsertim Græcos et Romanos, sæpe linguam Syriæ Assyriacam vocare, tam notorium erat utrique regioni unam eandemque fuisse linguam.—3° Luculentissimum quoque testimonium habemus ex lingua Samaritanorum qui ex Babylonia ceterisque Assyriaci imperii locis originem ducunt, teste sacro Codice, II Reg. XVII, 24 quorumque idioma est dialectus Aramaica. Evidens autem est quod si lingua Assyriorum diversa fuisset ab Aramaica, Samaritanorum lingua non potuisset Aramaica esse.—4° Denique maximum et irrefragabile argumentum nobis exhibet factum ut ita dicam palpabile et alte loquens in millibus millium incolarum Assyriæ finitimarumque regionum vastarum, qui sunt reliquæ vel potius descendentes antiquorum Assyriorum, quique usque ad hunc diem Aramaicam linguam in loquela adhibent quamquam cursu temporum valde corruptam ut omnibus mundi linguis evenire solet, suam hanc linguam eodem nomine **ܣܘܪܝܬ** *Surith* appellantes ac Syri Mesopotamiæ et Syriæ suam. Quod autem hæc Aramaica dialectus hodie in Assyria vigens antiquissima sit neque ex Syria aut Mesopotamia illuc posterioribus temporibus venerit, ex certissimum fit, quod nullam transmigratioem aut invasionem populorum ex Syria vel Mesopotamia in Assyriam memoret historia. E contra historia refert celeberrimas invasiones Assyriorum diversis temporibus factas in Mesopotamiam et Syriam. Historiæ igitur magis consentaneum est asserere Aramaicam linguam ex Assyria in Syriam transiisse. Adde quod tam diversa est dialectus Aramaica Assyriæ a dialectis Aramaicis Syriæ et Mesopotamiæ sicut supra exposuimus, ut impossibile sit

Assyriacam dialectum ex Syria vel Mesopotamia provenisse. Hæc satis de Assyria.

Quod attinet ad Babyloniam, certum est etiam hujus vastæ regionis vernaculam linguam antiquitus Aramaicam fuisse. Nam 1°- Hujus populi lingua sæpe in sacra Scriptura Aramaica expresse vocatur, eodem scilicet nomine quo Syriæ Syriaca lingua appellatur. Vid. inter cetera Dan. II, 4, ubi refertur magos et Chaldæos Nabuchodonosor Babylonis regem lingua Aramaica allocutos esse; ibi autem manifestum est hanc linguam ipsam Syriæ Aramaicam linguam fuisse: hoc seculo VII labente ante Chr. evenit. 2°- Deinde reges Persæ qui Babyloniam postea occuparunt, decreta sua ut testantur sacra Biblia, ad subditos Aramaica lingua promulgabant, eorumque gubernatores hac lingua ad ipsos scribebant; vid. Ezr. IV, 7 et seq. ubi refertur ad Artaxerxem Babylonis regem ejus vicarios in Samaria litteras Aramaica lingua scripsisse, ipsaque hac lingua respondisse: hoc medio seculo VI ante Chr. evenit. 3° - Insuper notissimum est in historia factum Judæorum qui ineunte seculo VI ante Chr. cum plus quam dimidium seculum in Babylonia sub captivitate Nabuchodonosor regis transegissent, suaque propria lingua Hebraica loqui cessassent, in patriam reversi sunt idioma Babylonicum utentes quod idioma est evidenter Aramaicum, ut alibi fuse exposuimus, quo idioma exinde libri apud Judæos scribi cœpere. 4°- Aliud insigne testimonium nobis præbet Mandaitarum (qui sunt antiquorum Babyloniæ descendentes) Semitica lingua, quæ, ut notum est peritis, pure Aramaica est. Hæc sufficiunt de Babylonia in specie.

Generica autem argumenta plura ad confirmandam hanc veritatem quoad Assyrios simul ac Babylonios



habemus. 1°-Notum est linguam Persicæ gentis dictam Pehlevicam, vocabulis mere Aramaicis refertam esse. Unde autem Persæ hæc vocabula Aramaica antiquis temporibus desumere potuerunt? Nonne ex vicinis Assyriis et Babyloniis? Ergo hi duo populi antiquis temporibus Aramaicam adhibebant linguam. 2°-Inde a prioribus Christianismi seculis in quibus lingua Aramaica in Christianismo florere atque documenta scripta posteris relinquere cœpit, Assyriam ac Babyloniæ videmus magnam in linguæ Aramaicæ litteratura florescente partem habere. Ergo illis seculis horum duorum populorum lingua vernacula, Aramaica erat. 3°-Denique Assyriologos nostros qui scilicet linguam prætensam Assyriacam invenerunt, antiquissimisque Babyloniis atque Assyriis tribuunt, interrogamus: Quid factum est de vestra hac lingua ex quo cuneiformi caractere scribi cessavit? Numquid illico sub terram recondita est eum lapidibus quibus scribebatur? Secus enim, ratio nequaquam potest admittre tantæ ac tam celebris nationis linguam tam radicaliter periisse ut ne vestigium quidem reliquerit neque in lingua quam Judæi captivi Babylone didicere, neque in Samaritanorum idiomate qui ex Chaldæa originem habuerunt, neque in Mandaitarum a Babyloniis antiquis descendentiæ lingua, neque in idiomate vulgari quod nostra ætate in Assyria ac Babylone viget, neque in illarum regionum epigraphibus Semiticis scriptis alphabeto alio quam cuneiformi quæ ad nos pervenerunt, neque denique in monumentis veterum scriptorum Græcorum et Latinorum qui multa vocabula Aramaica nobis scriptis suis transmiserunt. Si in Assyria antiquis temporibus alia lingua quam Aramaica vigeret, ut contendunt Assyriologi, dicant si possunt cur lingua

Aramaica quæ juxta ipsos extranea erat, cujusque populus in Syria et Mesopotamia fere nullam celebritatem habuit, apud tot hominum myriades in Chaldæa conservata est usque ad hunc diem, linguæ autem nativæ eorum Assyriacæ, ne vestigium quidem illic remanserit. 4°- Tandem quis suadere sibi potest in Babylonide vicinisque regionibus in quibus genus Semiticum formatum est, atque ex quibus omnes gentes Semiticæ egressæ sunt, cujusque proinde lingua prima est historice omnium dialectorum Semiticarum, viguisse vel ab antiquissimis temporibus i. e. a seculo XVIII ante Chr. paulo post Sem patris obitum, linguam Semiticam tam deformem, tam insipidam, tam ridiculam ac deficientem qualem Assyriologi nostri nobis exhibent, omnibus litteris gutturalibus carentem, excepto *h<sup>k</sup>*, quæ tamen littera est præcise ea sola qua caret lingua vulgaris hodiernorum Assyriorum, tempore præterito in verbi conjugatione expertem, *mim* pro Arabum *nun tançini* habentem cum omnes Aramæi e contra suffixum *mim* Arabum et Hebræorum in *nun* convertant, in qua ipsa nomina *Assyriæ* (1) et *Babylonis* (2) sunt male excogitata, quæ denique pro *a* status emphatici quod omnes gentes Aramæe in Assyria et Babylonide habent, *u* substituit? (3)

Sed Assyriologorum princeps Oppert opponit 1°- Quod nomina propria regum et magnatum Assyriæ et Babylonis prout ea exhibent Biblia et alia documenta,

(1) Nomen Assyriæ in Assyria ipsa est *ܐܘܪܝܫܘܐ* *At<sup>h</sup>ur* non *Assur* ut excogitarunt Assyriologi.

(2) Babylonis nomen in Babylonia ipsa est *ܒܒܠ* *Babel* non *Babilu* Assyriologorum, qui haud advertent nomina propria in Aramaica lingua nunquam in situ emphatico pronuncari.

(3) Lingua pœlævica clarissime testatur, inter cetera, nomina in lingua Assyriorum ac Babylonicorum in situ emphatico in *a* exisse non in *u* Assyriologorum nostrorum.

non sunt Aramaica, unde concludit hos populos non fuisse Aramæos. — Respondemus : Doctissimus Renan ejusque schola contendunt hæc nomina non esse Semitica; si ergo argumentatio doctoris Oppert valeret, Assyrii et Babylo-  
nii non essent ne Semitæ quidem, et sic funditus corrui-  
tota moles linguæ Assyriacæ ab illo constructa. Sed vide  
quæ supra pag. 71 diximus de his nominibus.

Opponit Oppert 2<sup>o</sup>— Assyrios descendere ab Assur  
fratre Aram, non ab ipso Aram; unde concludit Assyrios  
non fuisse Aramæos. — Respondemus : Cum Assur et Aram  
essent fratres, optime potuerunt eandem linguam habe-  
re, ita ut cum Hebræi Aramæis viciniores essent, linguam  
descendentium Assur Aramaicam appellaverint. Ecce  
enim millia myriadam Syrorum qui hodie Assyriam et  
vastas regiones vicinas inhabitant, eodem nomine *ܣܘܪܝܝܐ*  
*Surit<sup>h</sup>* suam linguam vocant quo Syri Mesopotamiæ et  
Syriæ Aramaicam suam linguam appellant, ut supra  
diximus. Nonne Chaldæi, i.e. Babylonenses, ex Ham fra-  
tre Sem descendere dicuntur? Et tamen Oppertiani ipsi  
fatentur ipsos eandem adhibuisse linguam ac Assyrios  
qui ab Assur nepote descenderunt. Si ergo patrum et ne-  
potis posterum, fatentibus adversariis, eandem linguam  
habere potuerunt, a fortiori id poterant posterum duorum  
fratrum.

Conclusio : Cum ergo certissimum sit linguam As-  
syriorum et Babylonensium Aramaicam fuisse, cumque  
lingua quam hodierni Assyriologi, ex inscriptionibus  
cuneiformibus extrahentes, his populis tribuunt, non sit  
Aramaica, sed insipida mixtura ex Hebraica, Arabica  
et Syriaca aliisque linguis, jure et merito concludimus  
problema de lectura inscriptionum cuneiformium adhuc  
insolutum remanere. Contentur igitur Assyriologi nova

studia in hanc rem impendere, ut ex inscriptionibus Assyriæ et Babylonis cuneiformibus extrahant linguam vernaculo sermone harum regionum conformem, quemadmodum Ægyptiologi ex lingua Coptica quæ est supersætes Ægypti dialectus, inscriptionum hieroglyphicarum linguam scire potuerunt.

Speciminis ergo hic duo fragmenta exhibemus ex lingua nova Assyriologorum prout ea in lapidibus cuneiformi alphabeto scriptis legunt, caractere Syriaco hodie vigente expressa, ut facilius de hac extranea lingua rectum iudicium formetur.

I<sup>m</sup> FRAGMENTUM (1)

رَمِئِشَهُ أَوْ مَرَمِشَاهُ صَدَّ مَرِئَابُ مَعَا لَا إِتْلَمِشَهُ  
 إِنَّا تَمِنَّا الْكَمِشَهُ وَنَلَابُ صَدَّ مَرِئَابُ أَوْ الْكَبُ رَمِئَابُ مَعَا  
 كَمِطَلَبِشَهُ مَعَا تَمَطَا لَا إِمِشَا إِمِلَا مَعَدَجِشَهُ أَوْشَا  
 أَوْ تَمِئَابُ مَعَدَّ صَدَّ مَرِئَابُ أَوْ تَلَوَّابُ إِتْلَمِشَهُ \*

II<sup>m</sup> FRAGMENTUM (2)

## DIALECTUS BABYLONICA

لَحْمِشَهُ أَوْ وَوَمِشَهُ ر 300.  
 مَعَا . حَمَلَهُ . إِتْلَمِشَهُ .  
 دَا لَمِشَهُ . مَعَدَّ مَرِئَابُ ر 300.  
 فَمِشَبُ . حَمَلَا . حَمَلِبُ .  
 الْبَمِشَبُ . حَمَلَا . مَعَا لَمِشَهُ .  
 أَوْ حَمَلِبُ . مَعَا . مَعَدَّ .

## DIALECTUS SYRIACA

لَحْمِشَهُ أَوْ وَوَمِشَهُ .  
 مَعَلَا . دَجَلَا . مَعَدَّ 240.  
 حَمَلِبُ . مَعَدَّ 240 .  
 فَمِشَبُ . مَعَدَّ 240 .  
 مَعَدَّ 240 . دَجَلَا . مَعَلَا .  
 مَعَدَّ 240 . مَعَدَّ 240 .

(1) Vid. Menant, *Manuel de la langue Assyrienne*, pag. 330.

(2) Vid. Menant, *Manuel de la langue Assyrienne*, pag. 292. Post hæc omnia que hucusque de hac nova lingua Assyriaca disseruimus, iudicet imparialis

## DIALECTUS BABYLONICA

ܕܐܠܗܝܡܢܐ ܕܘܠܘܢܐ ܕܘܠܘܢܐ  
 ܐܠܗܝܢܐ ܕܘܠܘܢܐ ܕܘܠܘܢܐ  
 ܕܘܠܘܢܐ ܕܘܠܘܢܐ ܕܘܠܘܢܐ  
 ܕܘܠܘܢܐ ܕܘܠܘܢܐ ܕܘܠܘܢܐ

## DIALECTUS SYRIACA

ܕܘܠܘܢܐ ܕܘܠܘܢܐ ܕܘܠܘܢܐ  
 ܕܘܠܘܢܐ ܕܘܠܘܢܐ ܕܘܠܘܢܐ  
 ܕܘܠܘܢܐ ܕܘܠܘܢܐ ܕܘܠܘܢܐ  
 ܕܘܠܘܢܐ ܕܘܠܘܢܐ ܕܘܠܘܢܐ



lector quid sit dicendum de historiis quas isti Assyriologi texerunt suæ flicte lingue innixi de originibus Assyriorum ac Babyloniorum, quæque merite novitates sunt, veteribus scriptoribus antiquisque monumentis genuinis ignotæ. Dicunt enim ante historica tempora quibus celebres Assyrii nomen acquisiverunt, regiones Assyriorum et Babyloniorum fuisse olim per secula occupatas a quadam natione extranea ex eadem origine descendente ac Turcarum genus, quæ a partibus septentrionalibus versus Orientem vergentibus in Chaldaeam irruerit ubique domicilium liggerit. Hinc genti, cui ejus inventores alii nomen *Accad* seu *Accadiorum*, alii *Sumer* seu *Sumerianorum* dederunt, non Semitis trihuunt culturam civilem, leges, religionem, artes et ipsam scribendi artem; asservuntque ipsam esse scripturam cuneiformis inventricem, quam Assyrii ac Babylonii ab ipsa didicerint. Hanc gentem deinceps ab Assyrii ac Babylonii stirpis Semitice supervenientibus ita superatam esse ut eam paulatim penitus destruxerint nihil ex ea relinquendo nisi ejus scripturam ac religionem. Hujusmodi commenta prædicti Assyriologi in Europæ scholis divulgant nullo fundamento innixi præter inscriptiones cuneiformes quarum interpretationem se invenisse proclamant. At in ipsa Europa non defuerunt docti viri qui hujusmodi asserta impugnaverint, inter quos præcipuum tenet locum præclarissimus Renan, celebrer orientalista, qui videndum notavit eorum quiasserunt gens Mongolicum (ex quo Turcæ originem habere) quod nonnisi destructivibus ac rudis in mundo innotuit omnibus in seculis, dominatum olim fuisse in Chaldaea finitimisque terris; illud in civili cultura ac liberalibus artibus gentes Semiticas præcessisse; has gentes ab eo eruditas esse, etc. Nobis liceat tantum notare, quod cum lingua Assyriaca quam isti Assyriologi se ex inscriptionibus cuneiformibus eruisse prætendunt, nullo, ut copiose demonstravimus, solito fundamento admittique æquaquam possit, jure ac merito de veritate linguæ Accadicæ seu Sumerianæ quam ipsi autumant in inscriptionibus cuneiformibus se invenisse, dubitare imo eam recusare possumus et debemus sicut eam perleque inter Europæ eruditos recusarunt, inter quos J. Halévy mentionem peculiariter meretur.

## CAPUT III

## DE SCRIPTURA APUD SYROS ET DE ALPHABETIS.

Qui artem scribendi in mundo invenit, quam maximum generi humano attulit beneficium, pro quo æternas meretur gratias. Attamen ignotum est nomen primi hominis qui hanc pretiosissimam artem invexit, ignotum et ejus tempus. At potest quadam certitudine sciri apud quam gentem ars scribendi primo inducta sit, et quæ gens eam ceteros populos docuerit.

Sententia plurimorum eruditorum est quod scriptura inventa sit apud gentem Semiticam quæ Phœnicia dicitur, quæque extremas versus Occidentem meridionalem Syriæ partes incolebat. Causa ob quam hæc nobilissima ars huic populo tributa fuerit, est quod Phœnices olim navigatione et coloniarum in remotis regionibus institutione celebres, ut historia traditur, artem scribendi populos ad quos migrabant docuerint, maxime autem Græcos, omnis generis cultura et scientia ac liberalibus artibus celeberrimos. Quod non est exiguus honoris titulus stirpi Syriacæ, cum Phœnicia sit parvum Syriæ territorium, cujus illustriores urbes erant Tyrus et Sidon. Phœnices autem Syriacum fuisse populum, testatur evangelium (Vid. Marc. VII, 26); et quidem eorum lingua aut merce Syriaca erat, aut Syriacæ linguæ simillima. (1)

(1) Hic sese offerrent plures de Phœnicibus questiones quarum tamen discussionem non est locus in his prolegomenis ex professo aggredi. Nihilominus non possumus eas omnino præterire. Igitur observandum est Phœnicium nomen nunquam in Græcorum et Romanorum monumentis inveniri; illi quidem ipsum efferunt per  $\Phi\Omega\iota$ , illi autem per  $\Phi\epsilon$ . Præter hos duos populos nullibi hoc nomen exstare cognoscitur, nullum enim ejus vestigium in veteri Testamento, nullum in lingua Hebraica; neque Judæi, neque Arabes illud agnoscunt; Syri autem Christiani illud a Græcis didicerunt; et quod animadversione dignum est, Josephus Flavius celeberrimus Judæorum historicus nunquam in suis historiis vocem Phœnicæ aut

Sed examine instituto, innotescit non Phœnices ipsos scripturam invenisse, quanquam eam Græcos et Romanos aliosque populos docuerint, sed hanc artem inventam primo fuisse apud aliquam gentem celebrem de Syrorum seu Aramæorum stirpe, quales erant Babylonii et Assyrii huncque populum illam ceteris populis communicasse, præsertim Phœnicibus, quibus ideo veteres scripturæ inventionem tribuerunt quia eam in Græciam attulerunt. Nullum enim documentum historicam positivum habemus quod testetur Phœnices ipsos hanc artem invenisse; et ex omnibus scriptoribus antiquis qui scripturam Phœnicibus tribuerunt, nemo testari potuit eos ipsam invenisse.

Quod autem Phœnices a Babyloniis vel Assyriis scripturam didicerint, id fere certis argumentis probari potest. Nam — 1° Quamquam Phœnices in historia celebrentur ut navigatione, commercio ac aliquibus aliis artibus versatissimi, tamen nihil aliud de iis memoratur et præsertim quoad scientias. E contra apud Assyrios et Babylonios prima surrexerunt imperia et quidem gloriosissima; historia quoque testatur eos fundamenta culturæ civilis et litterariæ ante ceteros omnes populos posuisse; eorum potentiam et imperium per multa perdurasse secula et ad longinquas terras se extendisse; potentes populos, inter quos ipsos Ægyptios, subjugasse; apud eos primum scientias

---

Phœnicum adhibuit quanquam græce et apud Græcos scriberet. Phœnices quidem qui dicuntur a Græcis et Romanis, habitabant partem terræ quæ a Judæis Chanaan dicebatur; et non est certum Phœnices et Chananæcos eundem fuisse populum, neque scitur quo nomine Phœnices suam gentem appellarent, et utrum de progenie *Hebræi* ut vulgo creditur fuerint, an de stirpe Aramæa. Hæc similesque quaestiones sunt hodie insolubiles, cum nullum documentum scriptum de illo populo ad nos pervenerit, antiqui vero scriptores hujusmodi quaestiones non attigerint, denique nulla gens quæ ut reliquæ Phœnicum vel Chananæcorum dignoscatur, superstes sit; imo eorum ipsam nomen a multis seculis omnino extinctum sit.

mathematicas, astronomicas aliasque ingenuas artes claruisse, quæ certe siue scriptura consistere nequeunt. Historici enim antiquiores narrant, cum Alexander Magnus Babylonem expugnavit, reperta in ea fuisse documenta observationum astronomicarum ab illius civitatis doctis viris scriptis tradita viginti duobus seculis ante Christum id est a tempore Abrahami. In illis vero longis seculis Phœnices nulla claritate noti fuere; sana ergo ratio nequit concedere Babylonios a Phœnicibus scripturam didicisse. — 2° Id confirmatur veterum scriptorum testimoniis. Nam Clemens Alexandrinus qui II post Christum seculo floruit, « Sunt qui asserunt, inquit, Phœnices et Syros primos litteras invenisse. » ( Strom. lib. I ). Plinius autem clarissimus philosophus ethnicus qui seculo I post Christum floruit, « Litteras, ait, semper arbitror Assyrias fuisse; sed alii apud Ægyptios a Mercurio, ut Gellius, alii apud Syros repertas volunt. » ( Nat. hist. lib. VI ). Inter antiquos historicos qui scripturæ originem Syris tribuerunt, numerandus est Diodorus Siculus qui seculo I ante Christum claruit. — 3° Aliud argumentum habemus validissimum pro Syriaca scripturæ origine, desumptum ex forma nominum ipsarum litterarum alphabeti prout exstant apud Græcos qui litteras a Syris didicerunt, ut supra dictum est; hæc enim nomina formam mere Syriacam habent, cum omnia in A status emphatici exeant, ut mos est nominum in lingua Syriaca; quæ proprietas est sola hujus linguæ. Greci enim cum alphabetum effecerunt, dicunt: *Alpha, Beta, Gamma, Delta*, etc. Ex quo evidenter constat litterarum nomina origine Syriaca fuisse. Equidem Syri hodie hæc nomina sine A fere ut Hebræi pronunciant; at nonne possibile est eos post litterarum inventionem nominumque earum formationem,



cœpisse hæc nomina cum *gd<sup>h</sup>amma* (de quo in grammatica n° 165 et seq.) efferre, abscindendo scilicet litteram A finalem ut solent etiam Syri facere? Secus enim si Græci a Phœnicibus nomina litterarum alphabeti ea forma qua Hebræi hodie eâ efferunt, accepissent, dicendo scilicet: *Aleph, Beth, Gamal, Dalath*, etc. non intelligitur cur iis postea A finale addidissent, et quidem ea regula, qua in lingua Syriaca hujusmodi augmentum emphaticum regitur, ut scilicet ultima vocalis elidatur. Etenim si Græci ipsi auctores fuissent augmenti litteræ A finalis in nominibus litterarum, non dixissent: *Alphu, Gamma, Della*, etc. ut Syriacæ linguæ regula requirit, sed: *Alepha, Gamala, Delatha*, etc. Id autem maxime elucet in *kappa*, quam litteram si Græci a Phœnicibus accepissent, eam pronnunciassent *caph* ut hodie pronnunciant Hebræi, cum augmento autem A dixissent *caphpha* vel si mavis *capha*. Atqui sunt Syri soli qui pronnunciant *cappa*; ergo Græci a Syris didicere litteram *cappa* et consequenter ceteras alphabeti litteras.

Attamen non defuerunt inter Europæ doctos qui contenderint honorem inventionis scripturæ tribuendum esse non Syris sen Phœnicibus, sed Ægyptiis qui et ipsi olim scientiis, artibus ac omnis generis cultura illustrati sunt. Novissimus, quantum sciam, qui hanc opinionem sustinuerit, est notissimus inter orientalistas eruditissimos Joseph Halévy natione Gallus, qui tamen in opere cui titulus « *Mélanges d'épigraphie et d'archéologie* » postquam totis viribus probare conatus est Phœnices ab Ægyptiis scripturam didicisse, coactus est tandem fateri litteras quas Phœnices seu Syri ab Ægyptiis didicerint nonnisi tredecim esse. nempe *alaf*, *bet<sup>h</sup>*, *simcal<sup>h</sup>*, *mim*, *res<sup>h</sup>*, *vel<sup>h</sup>*, *caf*, *nun*, *pe*, *law*, *ain*,

*he, s<sup>h</sup>in !!* At peracto examine, manifestum fit has etiam litteras non esse origine Ægyptiacas, quod sequentibus rationibus probatur—1° Articulationes *ʿel<sup>h</sup>* et *ʿin* in lingua Ægyptiaca non exstant, non poterant ergo Ægyptii earum litteras cuiquam populo tradere.—2° Ratio ipsa suadet quod si Semitæ ab Ægyptiis tredecim litteras didicissent, ceterasque alphabeti litteras ipsi invenissent, novas litteras ad calcem litterarum Ægyptiacarum appendissent; attamen nos eas videmus distributas inter has pseudo-Ægyptiacas litteras.—3° In lingua Ægyptiaca necessario existere debebant aliæ litteræ Semiticis similes præter tredecim de quibus agimus; quis enim sanæ mentis homo sibi snadere potest linguam Ægyptiacam tredecim tantum articulationibus constituisse? Atque sana etiam ratio iudicat improbable esse quod Semitæ aliquas tantum acceperint ab Ægyptiis litteras ceteris relictis et postea novas pro his marte suo iuenerint figuras.—4° Hujus opinionis aueteres asserunt nomina tredecim litterarum de quibus quæstio est, esse communia Ægyptiis ac Semitis. Jamvero hoc admitti nequit, etenim nemo omnino scit hodie qualia fuerint apud Ægyptios litterarum nomina; scimus, e contra, Coptos, qui sunt antiquorum Ægyptiorum descendentes, cum Græcorum alphabetum et scripturam seculis posterioribus assumpserunt, haud nova nomina litteris Græcis imposuisse, sed cum litteris Græca earum nomina adoptasse cum levissima mutatione. Quomodo igitur scire possumus similitudinem quam adversarii contendunt? Profecto Syri, quos historia certa testatur multis populis, et vel ipsis Græcis scribendi disciplinam præbuisse, nunquam cogitarunt facere id quod Ægyptii fecerunt, nempe Græcorum alphabetum et scripturam adoptare; et nihilominus

nostri novi doctores volunt Ægyptios omnium populorum in arte scribendi magistros fuisse !! — 5° Denique fatemur post maturum examen figurarum Ægyptiacarum litterarum tredecim de quibus quæstio, nullam in iis nos vidisse similitudinem cum respondentibus figuris Semiticis; putamus autem omnem hominem a studio partium alienum, idem iudicium ferre.

Remanet igitur generi Semitico et præcise Aramaico gloria inventionis scripturæ quæ in antiquo et novo mundo propagata est.

Itaque omni fiducia et veritate licet nobis affirmare omnes populos artem scribendi a gente Syra didicisse. Etenim notum est omnes populos Europæ Occidentales et Septentrionales a celeberrimis Romanis scripturam accepisse, notum est etiam Romanos a Græcis litteras didicisse seu potius, ut videbimus, ab illis qui ipsas Græcis tradiderunt; denique notum est etiam certitudine historica Græcum populum qui sapientia, scientiarum cultura et virtutibus inter omnes antiquos populos ad summum fastigium ascendit, a Syris artem scribendi accepisse; traditur enim in antiquis Græcorum fastis, circa annum 1590 ante Christum ad Græciam emigrasse coloniam quamdam ex Phœnicia, quæ est extrema versus Occidentem Syriæ pars, præcunte quodam viro cui nomen *Cadmus* (quæ vox Semitica est significatque principem seu priorem), artemque scribendi illuc induxisse, Græcosque ex illo tempore scribere Syriacis litteris cœpisse usque ad hanc diem. Illud quoque summopere notandum est Græcos nomina litterarum Syriaca usque ad hanc diem religiose conservare, (1)

(1) Unum tantum animadvertendum in nominibus Græcis litterarum, quod scilicet in iis littera *taw* pro *rucah* assumperit *quas* *aj*, et vice versa. Dicitur

illasque eodem ordine in alphabeto dispositas reliquisse ac eæ sunt in Semitico alphabeto. Imo Græci, præ omnibus populis qui scripturam a Syris didicerunt, litterarum nomina maxime formam Syriacam portantia habent, cum ut diximus, eorum magna pars in *A* status emphaticæ exit, quæ inter omnes linguas Semiticas proprietas est linguæ Aramaicæ, ut supra dictum est; dicunt enim: *Alpha, Beta, Gamma, Delta, etc.* Latini autem nomina litterarum Syriaca amiserunt, illisque nova nomina quorum singula constant articulatione propria sequente vel præcedente vocali *E* substituerunt. Ordinem tamen litterarum alphabeti Syriacum fideliter conservarunt Latini, imo, ut ita dicam, fidelius quam Græci ipsi. (1) Ut ad Græcos redeamus, hi litterarum figuras Aramaicas conservarunt ea forma quam tempore quo eas didicerunt, habebant; at postquam initio a dextra sinistrorsum per annos scripserint Semitarum more, hunc modum deseruerunt, ac cœperunt a sinistra dextrorsum scribere usque ad hanc diem; sæpe antiquis temporibus utroque modo scripserunt, scilicet lineam a dextra sinistrorsum, alteram a sinistra dextrorsum, et sic porro, aratoris modo. Latini etiam initio a dextra sinistrorsum scripserunt. (2)

---

enim *beta, delta, beta, delta*, pro *bet<sup>h</sup>a, delt<sup>h</sup>a, het<sup>h</sup>a, det<sup>h</sup>a*. Fatemur difficile esse hujus mutationis dare rationem cum lingua Græca sono *t<sup>h</sup>* non careat. Nec est credibile primos Syros non distinxisse sonum *rucak<sup>h</sup>* a sono *qus<sup>h</sup>aj*.

(1) Mirum est Arabes, qui nomen recentissime scripturæ artem a Syris didicerunt, tum omnem tum nomine litterarum alphabeti paulo post mutasse, quamquam Arabes origine et lingua sint Syrorum fratres, et cum Syris ipsis mixti semper vixerint.

(2) Mirandum est, hodie nullum extare populum qui a sinistra scripturam et lecturam incipiat præter Syros, Hebræos et Arabes cum his qui horum populorum scriptura utuntur, item præter Phœnicæ qui sunt veterum Persarum reliquæ; etiam antiqui Persæ a dextra scripturam incipiebant. Ceteri populi omnes qui hunc mundum sunt, vel ipsi qui videntur ab Aramaeis scripturam didicisse ut Abyssini et Indi, a sinistra scribunt et legunt, excepto populo Sincensi et his qui ejus scripturam adhibent, qui sursum deorsum scribunt et legunt, incipientes a dextra.

Diximus Græcos a Phœnicibus accepisse scripturam. Quoad Italos autem, et præsertim Romanos, a quibus ceteræ nationes Europæ culturam civilem et litterariam didicere, multo probabilius est eos non a Græcis scripturam accepisse, ut vulgo putatur, sed a Phœnicibus ipsis. Multa id suadent.— 1° enim plures alphabeti Latini litteræ diversam habent figuram a Græcis, ut *gamal* (G), *dalat<sup>h</sup>* (D), *waw* (F), *pe* (P). Insuper ex characteribus Latinis sunt qui Syriacis similiores sunt quam Græci, ut *P* et *D*.— 2° Nonnullæ Syriacæ litteræ quæ ex alphabeto Græcorum cecidere, in alphabeto Latinorum remanent videlicet *waw* (F) et *qof* (Q) et quidem propriis locis quos occupant in alphabeto Semitico. Incredibile autem est Latinos a Græcis incompletum accepisse alphabetum ac postea illud complevisse inserendo in illud litteras deficientes ex Syriaco alphabeto sumptas eo ordine quo in hoc alphabeto exstant, nisi dicamus Græcos integrum alphabetum, ut a Syris acceperant, Italîs tradidisse et postea duas prædictas litteras ex illo expunxisse, quod tamen parum probabile est.

Ex tota hac discussione evidenter colligitur falsos esse illos qui retulerunt Latinos imo et Græcos habuisse initio sexdecim tantum litteras, quibus postea ceteræ litteræ additæ siat; etenim credibile non est Græcos principio deficientem numerum litterarum ex alphabeto Syriaco sumpsisse illudque postea ita complevisse ut novum hoc alphabetum omnino alphabeto Syriaco responderet in litterarum ordine, nominibus et figuris ut reapse res se habet in alphabeto Græco. Idem dicatur de alphabeto Latino.

Attamen hæc historia quadam veritate non caret. Verum enim est Græcos litteras nonnullas alphabeto

Phœnicum addidisse, ad ejus calcem eas relegando; sunt autem quatuor, nempe  $\Phi$ ,  $X$ ,  $\Psi$ ,  $\Omega$ , quæ omnino in alphabeto Semitico desunt, sicut et in alphabeto Latino. Nam quamquam Semitæ primam et secundam ex his litteris pronuntiatioe habeant, nempe *pe* cum *ruccak<sup>ha</sup>* et *caf* item cum *ruccak<sup>ha</sup>*, attamen proprios characteres pro iis non habeat, sed adhibent characteres *pe* et *caf* cum *cus<sup>h</sup>haja*. Græci autem noluerunt Syros imitari in hoc ut unus character duplicem habeat pronuntiationem, et recte quidem, nam ideo Syri cuique sex notarum litterarum duplicem sonum adscripserunt quia revera eadem est articulatio quæ modo sonum habet asperum, modo lenem, unde nulla erat ratio ut duplex figura itidem illi poeretur. Apud Græcos vero  $\Pi$  et  $\Phi$  nullam dependentiam inter se habeat, item  $K$  et  $X$ ; nisi in conjugatione verborum.

Per hanc quatuor litterarum additionem alphabetum Græcorum evasit viginti quatuor characteribus constans, nempe viginti Aramaicis (nam, ut diximus supra, duas ex alphabeto Aramaico expunxerant litteras) et quatuor additis. Quod autem viginti duas litteras Græci a Syris acceperint, id probat, inter cetera, valor numericus litterarum qui idem est ac apud Syros, ita ut loco deficientium duarum litterarum duo signa numerica litteris Syriacis respondentibus simillima Græci statuerint. Deinde considerandam est octo litteras quas ajuat litteris Phœnicibus additas esse apud Græcos, non in fine alphabeti locum habent, sed distributæ reperiuntur inter ceteras litteras eodem prorsus ordine quo eæ in alphabeto Syriaco extant. Jamvero cuique evidentissimum est quod si hæ litteræ additivæ essent, eæ in fine alphabeti locum haberent, ut sunt quatuor reapse alphabeto

Pbœnicio additæ de quibus supra . Denique inter litteras quas ajunt addititias esse, numerantur H et Θ (*h<sup>het</sup>* et *t<sup>et</sup>* Semitarum ). Jamvero hæ duæ litteræ eosdem locos in alphabeto Græco occupant ac litteræ Syriacæ illis respondententes , earum nomina sunt eadem , denique earum figuræ magis quam ceterarum litterarum similes sunt characteribus *h<sup>het</sup>* et *t<sup>et</sup>* alphabeti Syriaci .

Cum autem alphabetum Græcum sit unum ex præclaris monumentis quæ antiquitas ad nos transmisit, propter historica documenta quæ in eo includuntur , et cum majores nostri quam maxime necessarium nexum induxerint inter linguam Græcam et nostram Syriacam introducendo in hæc infinita , ut ita dicam , vocabula Græca, linguamque Græcorum tanta consideratione babuerint ut scholarum auditores eadem fere cura cum addicerent ac linguam Syriacam, propter has causas aliasque alphabeti Græci examen prosequi juvat , ejus litteras singillatim discutendo .

Prima dicitur *Alpha*; cumque hæc littera in alphabeto Syriaco tum *hamzam*, tum vocalem A longam significet, Græci illam pro *hamza* noluerunt adsciscere, sed vocali A tum longæ tum brevi illam assignarunt. Hamza autem revera in lingua Græca existit sicut et in omnibus linguis humanis ; (1) at Syri qui scripturam in mundum invexerunt, eam ante omnes populos perceperunt illique proprium characterem posuere quod nullus alius populus

---

(1) Tam verum est sonum gutturalem efferi ante vocalem qua syllaba incipit, ex. gr. in *am*, *is*, *u*, *en*, ut hic sonus aliquando in aliam consonantem gutturalem immutetur. Sic apud Hebræos hic sonus gutturalis convertitur in *he* in conjugatione verbi *Ja* et alibi . Sic aliqui populi in Italia hunc sonum convertunt in *h* ; dicunt enim *hano*, *hil*, *huso*, pro *amo*, *u*, *uso*. E contra ipsum *he* aliquando in hunc sonum idest in *hamzam* convertitur, quod est hodie commune Francels, Italis ceterisque populis stirpis Latine .

fecit; cum autem hic unus character significet etiam in alphabeto Syriaco vocalem A longam, Arabum litterati progressum fecere, nam proprium signum hamzæ invenerunt, quod, ut notum est, simile est minutæ litteræ *ain*; recte enim viderunt eam esse veram consonantem ac unam ex litteris gutturalibus. At inter hamzam Arabicæ linguæ ceterarumque linguarum Semiticarum et hamzam aliarum mundi linguarum hoc intercedit discrimen, quod hamza linguarum Semiticarum, præsertim Arabicæ, potest esse et mobilis et quiescens, in ceteris vero linguis et peculiariter in Græca et Latina, hamza non potest esse nisi mobilis in initio vocis aut syllabæ quam vocalis præcedit tantum, nunquam quiescens. Nescio an philologi Europæi hoc discrimen inter linguas Semiticas et suas perceperint scriptisque tradiderint.

Græcorum etiam litterati existentiam hamzæ in sua lingua senserunt, et quidem in initio vocum tantum et signum illi statuere voluerunt; at ad hoc noluerunt primum alphabeti characterem adoptare ad instar Syrorum, sed novum signum illi invenere, quod exiguo waw Arabico simillimum est; ad sinistram vocalis scribunt desuper, spiritumque tenuem vocant.

Post *Alpha* habetur in alphabeto Græco *Beta*, quod hodie Græci molle efferunt ut *V* Latinum; at eruditi existimant hanc prononciationem sero apud Græcos introductam esse, ejusque genuinum sonum esse durum ut *be* Arabicum.

Tertia littera est *Gamma* pro *Gamla* Syriaco propter euphoniā. Et hæc littera hodie a Græcis levis prononciatur ut *Ĝ* Arabicum. Quod diximus de *beta* dicatur de *Gamma*. Tandem hic quoque argumentum habemus quod alphabeti auctor Syrus erat non Hebræus; Hebræi



enim dicunt *Gimel* non *Gamal*; Græci autem didicerunt dicere *Gamla* non *Gimla*.

Deinde *Delta*, eujus sonus et ipse est hodie mollis. Vide *beta*.

Quintæ alphabeti litteræ nomen est *E*, cui postea additum est adjectivum *psilon* (tenue) ut distinguerent ab altero *E* longo cui nomen *Eta*. Hæc littera quæ apud Syros consonans est et gutturalis, apud Græcos vocalis evasit, eadem ratione qua *alpha*. Habent quidem Græci et hunc sonum gutturalem id est *H*, sed in principio vocum tantum, nunquam in medio nec in fine. Latini in medio etiam illum habent, at raro; nunquam tamen apud eos duplicatur, sicut nec apud Hebræos. Latini quidem ad significandum hunc sonum, littera Syriaca *h<sup>h</sup>et<sup>h</sup>* utuntur; Græci vero nolere eum caractere denotare, sed eum significant per exiguum signum quod spiritum asperum vocant, quodque idem est ac signum spiritus tenuis sed inversum et eadem ratione scribitur. Probabile tamen est Græcos huic litteræ, de qua agimus, antiquitus dedisse nomen *he* cum spiritu aspero ut est apud Syros, et illud scripsisse *E*; postea autem sonum spiritus asperi cecidisse, vel potius mutatum fuisse in spiritum tenuem.

Post *he* Syriacum antiquitus exstabat in alphabeto Græco littera *Waw*, at hodie hæc littera hic non invenitur sed ad calcem alphabeti post *tau* translata est vocaturque *Y* cum spiritu aspero, addito recentius adjectivo *psilon* (tenue). Et hanc litteram, quæ apud Semitas est modo consonans, modo signum vocalis, Græci vocalem tantum reddiderunt. Plura autem probant  $\Upsilon\psi\iota\alpha\omicron\Nu$  esse origine nostrum *waw* quod post tempus e suo loco translatum sit ad finem alphabeti. — 1° Ejus figura simillima est figuræ veteris *waw*. — 2° Ejus vera pronuntiatio est *u* Gallicum,

ut videbimus, quod maxime ad sonum *waw* vocalis accedit, representatque fere semper U linguarum Indo-europæarum ac Semiticarum, nec non ipsius linguæ Græcæ, ex. gr. in ΑΥΤΟΣ quod pronunciat *awtos* non *ajtos*. -3° Denique in systemate numerico litterarum alphabeti, quod Græci certe a Syris didicere quodque idem est ac systema Syrorum, Græci locum litteræ *waw* quæ apud Syros numerum sex significat, non præterierunt, sed ad significandum numerum sex statuerunt signum, litteræ *waw* recentioris simile, quod vocant *epistemon* FAY idest signum *waw*. Quod evidens est argumentum post litteram *epsilon* extitisse antiquitus in alphabeto Græco litteram quæ dicebatur *waw*.

Deinde venit littera, nostro *zain* respondens, quam vocant *Zetâ*. In hoc nomine mutatio *n* in *t* inexplicabilis est. Nōtanda etiam est differentia soni inter *zeta* Græcum et nostrum *zain*, Græcis enim hæc littera duarum consonantium sonum habet, fere ut *tz* Italicum.

Postea venit littera quam ipsi vocant *Eta* pro *h<sup>h</sup>etha*; apud eos autem non est amplius consonans, sed vocalis E longa. Non est hic prætereundum, quam difficilis sit gutturi non Semiteo imo impossibilis recta pronuntiatio hujus litteræ gutturalis fortissimæ, quam tamen infantes Semitarum vix balbutire incipientes facillime et ante omnes ceteros sonos, exceptis labialibus, perfecte pronunciant. Idem dicendum de littera *ain* de qua mox. Ut ad litteram *eta* redeamus, Græci antequam spiritus asperi signum statuissent, aspirationem *he* per hanc litteram *eta* significabant ut adhuc faciunt Latini, ut testantur antiquissimæ inscriptiones. Postquam autem spiritum asperum ad significandam aspiratam consonantem *he* invenerunt, litteram *h<sup>h</sup>el<sup>h</sup>* ex alphabeto non expunxerunt,

sed illam vocalis E longæ signum fecerant ut antea diximus. Hæc vocalis a recentioribus Græcis ut I effertur, sed plurima habemus argumenta quæ probant Græcos antiquos eam ut E pronunciassent, quod unanimiter docti affirmant. Id corroboratur testimonio Syrorum qui in vocabulis innumeris quæ ex lingua Græca in Syriacam transierant, pronunciant *eta* ut E, dicentes exemp. grat. *diathêge*, *shêma*, non *diathiqi*, *shîma*. Nec difficultatem facit quod Syri Occidentales *eta* pronunciant I, nam hoc solemne est Syris Occidentalibus ut E etiam Syriacum convertant in I.

Post *eta* venit in alphabeto Græco *T*heta pro *t'et*h<sup>a</sup>, quæ mutatio in pronuntiatione animadversionem meretur quamquam nullius momenti videatur esse; Græci enim loco duræ litteræ *t'* (Ϛ) dentalis Syrorum quam non habent, substituerant aspiratam sonum *t*h (Θ), cum e contra loco litteræ Syriacæ *taw* quæ aspirata esse potest, simplex *T* collocarant. Hanc singularem inversionem, Syri, ut ita dicam, correxerunt in vocibus Græcis quæ in suam linguam introduxerunt; Græcam enim Θ per *taw* reddiderunt, *T* autem Græcam per *t'et*h<sup>a</sup> constanter exprimunt. In alphabeto Latino littera *t'et*h<sup>a</sup> deest cum hunc sonum non habeant Latini neque *t*h Græcorum.

Deinde *Jota* pro *jod*h<sup>a</sup>, quæ semper vocalis est apud Græcos; e contra apud Latinos est modo vocalis, modo consonans ut apud Syros.

Postea *Kappa* cum a post *K* ut Syri antiqui pronuntiare debebant, nam hodie Syri (Occidentales) dicunt *kof* cum *zqafa* quod erroneum est; Hebræi enim et ipsi pronunciant *kaf* seu *kaph* cum *p<sup>h</sup>ah<sup>a</sup>*; deinde significatio nominis id requirit, nomen enim desumptum est ex *kaf* (palma manus) quod in omnibus dialectis Semiticis

effertur per *pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am* .

Deinde *Lambda* ( littera *b* euphoniae gratia inserta est ut linguae Græcæ indoles exigit ), *My*, *Ny*. In harum duarum litterarum nominibus tantum ultima consonans expuncta est ; forsaa antiqui dicebant *mim* et *nyn* ( proauncia *nün* modo Gallico ), vel potius *mima* et *nüna*.

Deinde venit littera cujus nomen est *Csi* . In origine hæc littera erat Syriacum *s<sup>h</sup>in* , cujus sonum cum Græci non habeant, ejus loco sonum duplicem *c* et *s* substituerunt , nolere eam hæc litteram ex alphabeto expungere, sed retinuerunt et ad huac locum retraxerunt qui locus est litteræ Syriacæ *semcat<sup>h</sup>* quam postposuerunt in locum litteræ *s<sup>h</sup>in* . Hujusmodi permutatio equidem extranea est. Explicari tamen potest dicendo quod antiquissimi Syri *semcat<sup>h</sup>* pronuaciabant ut *s<sup>h</sup>* et *s<sup>h</sup>in* ut s quemadmodum faciunt Arabes. Nam et Latini in alphabeto loco *s<sup>h</sup>in* habent *S*. In alphabeto Latino nulla littera hic habetur.

Post *csi* exstat in alphabeto Græco littera *O* pro *ain*, quod apud Græcos, item apud Latinos, est semper vocalis. In summa omnes consonantes gutturales alphabeti Syriaci, id est *alaf*, *he*, *h<sup>h</sup>et<sup>h</sup>* et *ain*, vocales evaserunt apud Græcos . Cæterum notandum est nomen bujus litteræ *O* vicinius esse nomini Syriaco quam Hebraico, Syri eam dicunt *é*, cum Hebræi ( item et Arabes ) dicunt *ain* .

Deinde *Pi* pro *pe* (1) .

(1) Sic habent Græci sonum *P* et in penultimo alphabeti loco habent *F*. Mirum tamen est has duas litteras Græcas quæ hodie sonant ut *P* et *F* Latinorum et Syrorum vel in ore ipsorum Græcorum , antiquitus alios sonos habuisse, testibus populis antiquis qui has litteras in ore Græcorum audiebant . Et quod magis mirum est, habemus unum populum testem pro una et alterum pro altera . Nam Latini quidam videbant *F* Græcorum diversum sonum habere ac *F* suum , ideoque signum proprium illi statuerunt . E contra Syri id fecerunt pro *P*. At nec Latini viderunt diversitatem inter *P* suum et *P* Græcorum, neque Syri inter *F*

Postea duæ litteræ alphabeti Syriaci cecidere ex alphabeto Græco *s<sup>s</sup>ade* et *qof* .

*Qof* quidem exstat adhuc in alphabeto Latino hoc loco. Apud Græcos autem vestigium hujus litteræ manifestum est in systemate numerico alphabeti, in quo hic exstat signum, litteræ *qof* simile, valens XC, cuique nomen est *cophe* seu *coppa*(1).

*S<sup>s</sup>ade* quoque non omnino obliteratum est in alphabeto Græco, habent enim Græci in systemate numerico extra alphabeti litteras signum cui nomen *sampi*, quodque valet 900 .

Ultimæ veteris alphabeti Græci litteræ sunt *rho*, *sigma*, *taw*, quæ omnes siue *alaf* finali nominantur.

*Rho* quidem est pro *res<sup>h</sup>* ut pronunciant Hebræi et Syri, quod significat *caput*. Attamen Hebræi caput pronunciant *ros<sup>h</sup>*, quamquam hanc litteram *res<sup>h</sup>* pronunciant; ex quo tuto colligere possumus auctorem alphabeti non fuisse Hebræum qui huic litteræ nomen dedisset *ros<sup>h</sup>*, sed Syrum.

*Sigma* autem est pro *simca* expuncta *taw* finali nominis Syriaci; attamen Hebræi pronunciant *samek<sup>h</sup>* sine *taw*, quod magis accedit ad nomen Græcum, addito tamen *alaf* emphatico Syriaco. Jam vidimus hanc litteram in alphabeto Græco hic locum *s<sup>h</sup>in* occupare, atque *s<sup>h</sup>in* illuc translatum esse. Imo Hebræi habent in hoc

sum et *F* Græcorum. Quomodo explicari potest hujusmodi singularitas? Sed quidquid sit, tolerari nequit quod Duval saepe citans in sua grammatica pag. 30 asserit, nempe eruditos Hebræos aetate David regis idest seculo xi<sup>o</sup> ante Christum cognovisse alphabetum Græcum, ejusque rationem in sua litteratura habuisse ita ut David ipse in duobus psalmis alphabeticis 25 et 34 post finem versuum a litteris alphabeti Semitici incipientium addiderit versum a *P* Græco incipientem!! Unde selvit Illustris auctor *P* in **פ** Hebræico sonare ut *P* Græcum? Viditne quid simile apud litteratos Judæos qui de omnibus qui suam linguam respiciunt scripsere?

(1) Semper nomen Syriacum cum asperitate ut regula Syriaca exigit et cum *alaf* emphatico.

loco litteram quæ duplicem sonum fert, scilicet *shin* et *sin*, quorum hoc Arabico *shin* respondet in vocibus communibus linguis Semiticis, ut *عذر*, *بذر*, *شمال*, *نشر*. Quod non est ex mente avertendum. Probabile est hoc *sin* diversum a *simcat* babuisse sonum antiquissime.

Denique littera *Taw* nomen Syriacum perfecte retinuit, quamquam singularem habeat formam.

Post *taw* exstat *ܬܘܢܐܢ*, de quo supra. Hujus litteræ verum sonum vidimus esse *u* Gallicum, accedentem nempe ad sonum *u* Syriaci, quod probatur etiam testimonio linguæ Syriacæ quæ hanc litteram in vocabulis a Græca lingua sumptis semper pronunciat ut *U*.

Antequam alphabetum Græcum dimittamus, duo observare liceat.

1° Sex litteræ Syriacæ (*ܚܘܫܗܐ*) quarum quæque duplicem habet sonum idest *qushshaja* et *ruccah<sup>h</sup>a*, omnes in alphabetum Latinum cum sono *qushshaja* ingressæ sunt. Græci autem hodie *b*, *g*, *d* cum *ruccah<sup>h</sup>a* pronunciant, et sic etiam pronuntiabant ipso seculo VIII° post Christum ut ex monumentis Syrorum manifestum est. Sed probabile est hanc esse novitatem, Græcosque has omnes litteras cum *qushshaja* pronunciasse olim. Quod ex eo etiam confirmatur, quod si *b*, *g*, et *d* lenes idest aspiratæ a Græcis pronuntiarentur, Latini in Græcis vocabulis has litteras scripsissent *bh* vel *v*, *gh*, *dh*, ut scripserunt *ph* non *F* pro *ϕ*, item *th* pro *θ*, *rh* pro *ρ* Græco, *ch* pro *χ*. Mirandum est tamen quod Græci discrimen inter suum *ϕ* et *F* Latinorum ignorarunt aut non considerarunt, etenim eadem figura utramque litteram scripsere; item dicatur de consonanti *V* Latina, quam modo per *B*, modo per *Y*, modo per *OY* significarunt. Considera diversitatem criterii philologici inter diversas nationes.

2° Nomina litterarum alphabeti apud Græcos argumentum validissimum nobis præbent quod Syriæ incolæ plus quam mille sexcentis annis ante Christum linguam Syriacam pronuntiabant more Orientalium non Occidentalium, Græci enim acceperunt a Syris qui ad illos alphabetum attulerunt: *Alpha, beta, gamma*, etc. per *a*, more Orientalium, non autem *Alpho, beto, gammo*, etc. ut efferunt Occidentales. Item Græci non dixerunt *juto, cāso*, ut dicerent hodie Occidentales, sed *jota, cappa* ad normam Orientalium.

Atque hæc de alphabeto Syriaco quoad nationes Europæas. Quod attinet ad populos Asiaticos, illi etiam sine dubio a Syris scripturam didicerunt. Etenim Hebræi quidem, litteras eodem ordine in alphabeto suo dispositas habent ac sunt in alphabeto Syrorum, idque vel ipsa Davidis regis ætate id est seculo ante Christum XI°, ut manifestum est ex ejus psalmis alphabeticis. Jam vero sine contestatione, alterutra gens debuit hunc ordinem alteri tradere, scilicet aut Hebræi Syris aut Syri Hebræis. Atqui Hebræorum populus in migrationibus, captivitate aut civilibus perturbationibus plura secula exigit, nullumque culturæ civilis aut litterariæ splendorem præstitit usque ad tempus Davidis regis; unde palam fit impossibile esse hunc populum credi auctorem ordinis litterarum alphabeti; et si ordinem litterarum a Syris didicit, ergo et alphabetum ipsum idest artem scribendi; incredibile enim est Hebræos habuisse antea alphabetum a se inventum et postea hujus litteras ad normam alphabeti Syriaci concinnasse.

Notum etiam est et certum Persas antiquitus alphabeto Syriaco scripsisse, ut historia testatur; et usque ad hunc diem conservata sunt apud Persas non

musulmanos duo alphabeta ex Syriaco desumpta, quorum alterum dicitur *Zendicum*, alterum *Pehlevicum*. Præterea Armeni antequam efformatum ipsis fuerit seculo VI<sup>o</sup> post Christum alphabetum quo nunc utuntur, Syriaco alphabeto scribebant, identidem Græco. Arabes denique a Syris scripturam didicerunt, eorum alphabetum adhibentes quo usque ad hunc diem utuntur, quamquam multam variationem temporum decursu subierit donec ad statum quo nunc inueoitur reductum sit (1). Vide quomodo omnes populi antiqui celebriores nobilem scribendi artem a Syris didicerint. Nam et Iadorum et Æthiopum alphabeta plures insignes eruditi statuunt ab alphabeto Syriaco desumpta esse. De alphabeto Æthiopum nullum dubium esse potest, cum in eo litterarum figuræ fere eadem sint ac in alphabeto Himjaritico de quo supra, quodque eerte ab alphabeto Aramaico desumptum est. Tantummodo Æthiopes nonnullam variationem litterarum figuris dederunt ad significandas earum motiones seu vocales.

Non est dubium quin felicissimus homo qui figuras alphabeti invenit, earum etiam ordinem et nomina, quales hodie extant, statuerit. Quod attinet ad nomina, ea eerte omnia, vel saltem maxima pars, etymologica sunt, desumpta ex nominibus rerum quas litterarum figuræ repræsentant; *Alaf* enim *taurum* significat utpote cujus figura tauri caput repræsentat (2); *bet<sup>h</sup>* significat

(1) Mirandum est Græcos quamquam longo dissiis tum loco tum stirpe tum lingua a Syris a quibus alphabetum didicerunt, horum alphabeti ordinem, figuras atque nomina per tot secula, nimirum plus quam tria millia annorum, intacta prout erant die quo ea acceperunt retinuisse, Arabes autem qui forsitan non ante v<sup>m</sup> post Christum seculum artem scribendi a Syris acceperunt tantas immutationes in alphabetum Syriacum quoad litterarum figuras, ordinem et nomina induxisse.



(2) Nomen *alfa* significans *taurum* existat in lingua Hebraica eratque etiam, ut creditur, in Phœnicia; necessario etiam in lingua Syriaca exstare debebat, sed postea perditum est. Ceterum, interpretatio nominis *alfa* per *taurum* non est certa, videntur Hieronimus et Eusebius scriptores insignes seculi iv et lingue Hebraicæ



domum; *gâmal* camelum; etc. Uno verbo, litterarum figuræ in origine repræsentabant res quarum nomina illis data sunt. Ordo autem seu dispositio litterarum in alphabeto argumentum est clarissimum ingenii ejus auctoris; non enim litteras disposuit juxta singularum organa quibus efferuntur ut res se habet in alphabeto Sanscritico, sed eas distribuit ita ut possint cursim efferri sine difficultate, (hanc considerationem et celeberrimus Barhebræus fecit), ponens initio *alaf* quod ex guttore profertur, dein *beth* quod ex labiis, *gâmal* quod ex palato, *dalat* quod ex dentibus, et sic porro; ita ut facile sit pueris litteras omnes una serie recensere, singula articulationum organa percurrendo unum post aliud quin ullum eorum defatigetur. Aliud etiam in alphabeto observandum est, quod nempe ejus auctor ab *alaf* seu A incœperit alphabetum, quod fere communis est omnibus mundi alphabetis, quod certe imitationis consilio tribuendum est, non enim credibile est inesse in A aliquid quod illud omnibus ceteris articulationibus anteponat.

Jam omnibus notum est alphabeti Syriaci auctorem nullam de vocalibus curam habuisse; etenim consonantibus tantum alphabetum composuit, et si, cum usitari cœpit, nonnullæ consonantes vice vocalium adhibitæ sunt, potest dici id præter intentionem inventoris alphabeti factum esse.

#### Cetera alphabeta omnia populorum non Semitarum

cognitione versatissimi, cum aliis interpretati sunt hoc nomen per doctrinam seu potius disciplinam quasi esset ab  (didicisti) quod origine erat verbum *pe-alaf* ut est adhuc hebraice arabice et chaldaice et postea apud Syros mutatum est in . Hæc interpretatio multo probabilior est; recta enim ratio judicat auctorem alphabeti voluisse alphabetum inaugurare non per tauri aut alius belluæ nomen, sed per verbum significans disciplinam ut vel ipso initio alphabeti lectorem adverteret ad disciplinam quæ est alphabeti scopus.

vel ea quæ ab alphabeto Syriaco desumpta sunt, cum ipsis consonantibus figuratas habent etiam vocales. Diverso tamen modo; aliqua enim alphabeta ipsas consonantium figuras temperant juxta vocalium quæ illas comitantur diversitatem: ita sunt alphabeta Abyssinica, Indica, cuneiforme et Ægyptiacum. Hoc systema valde incommodum est; per illud enim multiplicatur enormiter numerus figurarum alphabeti. Alia alphabeta singulis vocalibus figuras separatas in serie consonantium scribendas habent: sic res se habet in alphabetis Græco et Latino ut supra exposuimus, et ceteris quæ ex illorum imitatione conflata sunt, ut Armenorum, Sclavorum, Coptorum, Russorum, etc. Hæc methodus lectori commodissima est, sed scriptori non nihil molesta. Alia denique alphabeta non habent figuras proprias nisi pro consonantibus, neglectis vocalibus, inter quæ principem tenet locum alphabetum Syriacum ut videbimus fusius cap. V.


Atque hæc de alphabetorum litteraria constructione satis sunt.

Ut ad scripturam redeamus quatenus est ars, ignotum est quales fuerint præcise figuræ singularum alphabeti litterarum prout ab inventore delineatæ sunt. Nonnulli inter nostri temporis doctos existimant primum alphabetum cuneiforme fuisse, scilicet figuras litterarum habens ad instar inscriptionum quæ aliquibus abhinc annis a ruinis Ninives, Babylonis aliorumque locorum eruuntur, hocque alphabetum cuneiforme progressu temporum tantas mutationes subiisse ut inde natum sit alphabetum figuratum viginti duarum litterarum. Quidquid sit de hac sententia, certum est primum alphabetum Syriacum viginti duabus figuris constans diversitate temporum et locorum diversa produxisse alphabeta plus minus archetypo

similia. Ex his diversis alphabetis, quæ hodie noscuntur, antiquissimum est alphabetum quod dicitur *Samaritanum*, quo Judæi utebantur ante emigrationem in Babyloniam et quo usque ad hunc diem utuntur paucissimi Samaritani scribendo tum linguam Hebraicam (nam habent Pentateuchum hac lingua conscriptum) tum suam Aramaicam dialectum de qua in præterito capite. Alia alphabeta minus antiqua videntur solum in inscriptionibus, inter quæ celeberrimum est *Phœnicium*, quod invisitur in inscriptionibus quæ a Phœniciæ ruinis aliisque locis potissimum in Africa extrahuntur; tum *Palmyrenum*, proprium inscriptionibus urbis Palmyræ celeberrimæ in Syria orientali; deinde quod eruditi vocant *Nabateum*, quod scilicet a gente quadam Syriaca Nabateorum nomine nota in inscriptionibus quæ in Syria meridionali videntur adhibitum est; ab hoc natum est alphabetum *Himjariticum*, proprium Arabibus stirpis Himjar, a quo (potius a strangelo) conflatum est alphabetum vulgo dictum *Cusicum*, quod denique produxit alphabetum hodiernum Arabicum quod dicitur *Naskhî النسخى*. Hæc omnia alphabeta et cetera quæ descripturi sumus, sunt non solum sibi invicem valde similia, sed etiam alphabetis Græco et Latino. Ex omnibus autem alphabetis Aramaicis quæ ad nos pervenerunt in libris tradita, est alphabetum *Babylonicum* usitatum sub Nabuchodonosor Babyloniæ rege, quod Judæi Babylone didicerunt ubi captivi erant (1), atque post reditum in

(1) Eroditæ Europæ qui existimant se mysterium inscriptionum quæ in cœnis Ninives et Babyloniæ repertæ sunt detexisse, earumque lectionem invenisse, dicunt aliqua ex his inscriptionibus facta fuisse eo ipso tempore quo Judæi in captivitate Babylonica erant, id est sæculo VII exeunte ante Chr. s. in ipso sæculo V. Quomodo hoc concordat cum factis historicis et certissimo quod scilicet Assyrii et Babyloniæ alphabetum Aramaicum quod quadratum dicitur in litis sæculis adhibebant testibus Judæis qui hoc alphabetum secum asportarunt in patriam redeuntes et

patriam seculo VI ante Chr. conservarunt, eoque usque ad hunc diem utuntur; ab ipsis dicitur *Assyrium*, a Samaritanis *Judaicum*, ab eruditis Europæis *quadratum* propter formam quasi quadratam ejus litterarum. Hujus alphabeti figuræ sunt maxime similes litteris alphabeti Græcorum quod, ut vidimus, originem Syriacam habet. Vides quomodo omnium scripturæ Aramaicæ generum antiquissimum genus non ab ipsis Aramæis adhibetur neque eis notum est, sed genti extraneæ, nempe Judæorum, qui hoc scripturæ genus in magna veneratione tenent, ita ut quidquid eo scriptum sit, ut sacrum ab eis habeatur, ipsumque ejus alphabetum sacrum appellent. Hoc alphabeto tantum scribunt Judæi codices suos sacros; ab eo derivarunt aliud scripturæ genus quod *dimidium* appellant, quoque scribunt negotia profana. Hæc omnia scripturæ genera seu alphabeta litteras habent ab invicem separatas, at quædam litteræ in inscriptionibus Palmyrenis et Nabatæis videntur conjunctæ, præsertim in recentioribus.

Sed antiquissimum scripturæ genus quod Syris hodie notum sit, est illud quod dicitur *Strangelum* seu ut vulgo dicitur *Estrangelum* , quod sine dubio usitatum erat circa 1<sup>m</sup> seculum Chr. Hoc alphabetum est primum Syriacum alphabetum stricto sensu et, ut vulgo dicitur, formali acceptum. Ejus elementa sunt valde similia litteris alphabeti Babylonii de quo supra; sed magis accedit ad alphabetum Palmyrenum, unde

---

testibus etiam Mandaitis qui sunt reliquæ Babyloniorum antiquorum et de quibus mox, utpote qui vetustissimum certe Christianismo nullo anterieus alphabetum adhibent? Si eruditæ prædicit verum senserunt, tunc dicendam quod Aramæi Orientales duo habebant scribendi systemata, alterum viginti duabus litteris constans pro libris aliisque usibus domesticis et civilibus, alterum cuneiforme pro inscriptionibus lapideis.

autumarunt nonnulli hæc duo alphabeta, Palmyrenum nempe et Strangelum simul fuisse usitata, illud in inscriptionibus lapideis, hoc in libris et similibus (1). Inscriptiones quidem Palmyrenæ vetustissimæ non præcessere 1<sup>m</sup> seculum ante Ch., recentissima ad seculum post Ch. III<sup>m</sup> pertinent. Scripta autem *strangelica* quam maxime vetusta quæ ad nos pervenerint, ad seculum V<sup>m</sup> post Ch. pertinent, quod quidem quamquam satis antiquum sit, imo omnium ceterarum linguarum scriptorum quæ ad nos pervenerint cum certitudinæ antiquissimum, attamen non præbet nobis sufficiens argumentum ut cognoeamus qualis fuerit status alphabeti quo Syri scribebant seculo I<sup>o</sup> post Ch. et deinceps. Nam probabile est quod Syri, saltem in Syria, alphabetum quod dicitur Palmyrenum adhibebant ut in monumentis lapideis ita et in libris ceterisque rebus, quodque hoc alphabetum pedetentim usu mutationes subiit, ita ut tandem seculo V<sup>o</sup> post Ch. aut etiam antea desierit in illam formam quæ in manuscriptis illius seculi visitur, quæque dicitur *strangelica*. Quod confirmatur ex eo quod in recentioribus inscriptionibus Palmyrenis videntur nonnullæ litteræ formam præseferre litterarum alphabeti strangeli, item aliquæ litteræ conjunctæ, denique littera *res<sup>h</sup>* punctum habere desuper ut in illo alphabeto, manente tamen *dalat<sup>h</sup>* sine puncto. Unde colligere licet quod si Palmyra remansisset in eo statu quo erat primis Christi seculis usque ad V<sup>m</sup> seculum, ejus inscriptiones probabiliter haberent formas fere per integrum estrangelas. Nomen autem *Strangelum* seu *Estrangeli* incertum est quo tempore huic scripturæ

(1) Hæc conjectura confirmatur ex eo quod nullum monumentum adhuc reperit sit quod characteribus strangelis inscriptum sit ante Chr. vel primis seculis posterioribus, præter paucos nummos Edessæ cusos, qui seculo I<sup>o</sup> Chr. non sunt antiquiores.

generi datum sit; valde probabile est illud evenisse apud Syros Occidentales seculo IX° aut X°.

Diu igitur Syri Christiani alphabeto solummodo estrangelo scripserunt, donec temporum progressu alia ab eo exorta sint alphabeta. Eodem enim modo quo alphabetum strangelum a Babylonico per diuturnum usum conflatum fuit, sic e strangelo tandem natum est aliud alphabetum magis expeditum et minus intricatum, idest cursivum quodque licet appellare alphabetum vulgare; etenim et Græci et Latini qui scripturam ab Aramæis didicerunt, singuli suum alphabetum cursivum circa Christianismi initia habuere; cursivum autem Syriacum non videtur, saltem in manuscriptis quæ ad nos pervenire, ante seculum VI<sup>m</sup> extitisse.

At nato hoc vulgari alphabeto, Syri usum prioris idest estrangeli non deseruerunt, sed utrumque adhibere cæperunt, atque post tempus alphabetum strangelum sacris codicibus consecrarunt, unde recte creditur nomen *Estrangelum* originem habuisse quasi esset *مطرا انجيل* (scriptura evangelii); nam admitti nequit opinio eorum qui dicunt nomen *strangeli* Græcum esse ΣΤΡΟΓΓΥΛΟΝ (*rotundum*), litteræ enim hujus alphabeti nequaquam rotundæ sunt. Non est tamen a veritate absimile nomen hoc originem habuisse a viro qui seriori tempore cura egerit ut hoc alphabetum fere oblitteratum redivivum esset et in usum publicum restitueretur. Quod non potuit evenire nisi apud Syros Occidentales. Narrat enim Barhebraeus in suo chronico Syriaco Joannem episcopum Cartmin, exeunte seculo X°, multum curasse ut scriptura estrangolica quæ ante plus quam centum annos périerat in usum rediret in Tur-Abdin prope Mardin; et sic Emmanuelem illius episcopi nepotem plus quam septuaginta

codices hoc alphabeto exarasse, continententes sacram Scripturam aliosque libros summa veneratione a Jacobitis habitos. Ab illo tempore cœperunt Jacobitæ scriptura strangelica uti etiam in libris non sacris, præsertim in libris liturgicis, præcipue tamen in capitulorum titulis et similibus. Syri autem Orientales perstiterunt in suo antiquo usu, ut scilicet non scriberent alphabeto estrangelico nisi sacræ Scripturæ libros (1).

Reducamus nunc sermonem ad initia propagationis scripturæ strangelicæ. Cum, ut diximus, Syri duo alphabeta haberent, alterum sacræ Scripturæ proprium, alterum commune, ex hujus alphabeti communis diuturno et frequentissimo usu nova nata sunt alphabeta cursiva, numero tria, quorum primum Nestorianis proprium

(1) Eruditi qui literaturæ Syriacæ studiis in Europa operam navant, optimæ investigationes instituerunt circa palæographicam Syrorum, et fore semper optimos fructus inde collegerunt. Asi non satis mirandum quod recentiores inter eos asseruere, nempe Syros scriptores quondam solitos fuisse paginam exarare desursum deorsum, inversa charta. Hoc inter ceteros asseruit novissime Francus vir, litteratura Syriaca eruditus, nomine Rubens Duval in sua grammatica Syriaca, pag. 2. At hoc assertum generaliter sumptum non est exactum. Loca autem ex Barhebræi magna grammatica dicta **مردختا**, a presbytero Marita, cujus opinionem prædictus Duval secutus est, citata ad hanc opinionem faciendam, in quibus Barhebræus posteriora vocat puncta quæ sub litteris scribuntur, et anteriora quæ super illis, nihil probant. Nam Barhebræus agebat in illis locis de legente non de scribente; legendo autem liber tenetur rectus, non inversus ut evidens est. Ergo incredibile est hunc auctorem locutum fuisse de invertenda charta cum scribitur. Deinde si Barhebræus hoc dicendo consideraret chartam inversam, dixisset *dextra* et *sinistra* ut manifestum est non *ante* et *post*. Insuper in multis suis grammaticæ locis expresse Barhebræus nominat puncta superiora quæ desuper et inferiora quæ subter scribuntur, ex. gr. in edit. Marita pag. 243 lin. 5; pag. 245 lin. 1 et 4; pag. 246 lin. 8; pag. 248 passim. Ideo autem posteriora dixit puncta quæ scribuntur sub litteris et anteriora quæ desuper, quia consideravit oculum lectoris cadentem super verbum scriptum et sic quod super illo est sit quod super illo est sit anterior quoad oculum et quod sub illo sit posterius. Auctores Jacobitæ qui de hoc re tractarunt, inter quos sufficit nominare Jacobum Edesseum (sec. VII) et Jacobum Dariellensem (sec. XII), semper usurpant *super* et *subter* loquente de scriptura. Illis non obstantibus inforti non possumus Maronitis in Libano hodie aliquoties scribere Syriacæ inversæ charta, quod forsitan est causa hujus asserti a Maronitis Europæ primo prolati.


est, vulgo autem hodie dicitur Chaldaicum, quod maxime ad alphabetum strangelum accedit. Secundum ad Syros Occidentales pertinet, idest Jacobitas et Maronitas, quo omnes hodie scribuntur libri Syrorum Occidentalium, tum catholicorum tum Jacobitarum, et quod in hoc libro videndum est. Illud alphabetum primo in typographias Europæ introductum est, eoque solo omnes libri Syriaci impressi sunt in Europa usque ad initia hujus seculi, præter paucos libros liturgicos qui seculo proxime elapso Romæ impressi sunt characteribus dictis Nestorianis pro catholicis qui Nestorianismo convertuntur. Male autem egerunt qui alphabetum dictum Jacobiticum in typographias Europæ introducere (1), debebant enim alphabetum strangelum adoptare quod commune est omnibus nationibus Syri generis quamquam ob temporis ærumnas pauci sint hodie iater utramque sectam qui illud legant, et antiquitate maxima commendatur, potius quam hoc alphabetum uni sectæ proprium et natu recentius; aut poterant ambo alphabeta simul adoptare, strangelum scilicet et vulgare priorum seculorum. At gaudemus quod quinquaginta circiter abhinc annis cœperint orientalistæ in Europa libros Syriacos imprimere characteribus strangelis elegantissimis, quod beneficium debetur primo munificentæ Anglorum.

Tertium alphabetum cursivum quod e strangelo natum est, proprium est Christianorum Syriæ qui Melchitæ dicuntur, quo scilicet Melchitæ suos libros liturgicos scribebant antequam linguæ Syriacæ usum in sua liturgia

---

(1) Primus liber Syriacus qui in Europa typis editus sit est Novum Testamentum. At hujus libri, munificentia Imperatoris Austriæ anno 1555 pro usu ecclesiarum Syriacarum impressi, quamquam textus characteribus generis dicti Jacobitici impressus sit attamen tituli librorum, capitulum et sectionum, satis utilis strangelis characteribus eusi sunt.



désuerint et illi linguam Arabicam substituerint. Hoc alphabetum valde accedit ad scripturæ genus præteritorum seculorum quod coamane seu vulgare appellavimus; imo scripturæ quam Nestorianam diximus est simillimum. Hæc quoad Melchitas Syriæ. Melchitæ autem Palæstiniæ peculiare habebant alphabetum a strangelo certe derivatum, sed a ceteris valde diversum. Recole quæ cap. I de hac communitate diximas. Propriam est hujus alphabeti Palæstinensis quod *pi* vocabulorum Græcorum et *pe* duplicatam Syriacum inverso *pe* Syriaco scribantur, ut . littera quoque *h<sup>h</sup>el<sup>h</sup>* valde accedit ad figuram alphabeti Hebræorum dicti quadrati.

Quo vero tempore hæc tria aut quatuor alphabeta carsiva stabilitatem acceperint, id difficile est dictu; eerte non fuit unam tribus. Ex codicibus vero qui ad nos pervenerant, manifestum est scripturam Occidentalem, quam Jacobiticam diximus, esse anteriorem ætati Barhebræi idest seculo XIII<sup>o</sup>, nam exstant codices sec. XI<sup>o</sup> his characteribus scripti. Nestorianorum autem hodiernam alphabetum non videtur seculo XVII<sup>o</sup> antè esse (1).

(1) Ex antiquis, quæ ad nos pervenerunt manuscriptis deducimus quod Nestoriani seu Chaldaici characteres in usu erant ante seculum decimum septimum, ignoto intervallo. Invenimus enim in ecclesia S. *Isiabi*, *Mausili*, codicem quatuor evangeliorum hisce characteribus exaratum et quidem diligentissime, anno 1555 æræ vulgaris in cœnobio S. *Michaelis angelorum socii* prope *Mausilium* in parte occidentali *Tigris* fluminis; etiam codicem liturgicum, qui vocatur *Hustra* seu circulus eo quod continet officium totius anni pro ritu Chaldaico, hisdem etiam characteribus per diligentissime exaratum *Amida* seu *Diarbelde* anno 1588. Allos insuper invenimus *Mausili* duos codices in æde Patriarchali, quorum primus est *Barhebræi Æthicon*, *Maragæ* in *Adorbijan* anno 1604 æræ Seleucidarum quæ respondet anno 1293 christiano diebus *Marjabalaha III* Catholici patriarchæ, *Barhebræi* cœvo. Hujus codicis characteres sunt adamussim Nestoriani, quibusdam licet variationibus, at litteræ DAL et RA scribuntur ut in characteribus occidentali-bus. Alter codex continet acta anachoretarum præscorum, auctore *Palladis*, membranæus anni 1105 Seleucidarum seu Christi anni 794; qui licet primo antiquior

Melebitarum Syriæ proprium, videtur XIII<sup>o</sup> seculo stabilitum esse.

Ex alphabetis Aramaicis quæ ad nos pervenerunt specialem meretur attentionem alphabetum sectæ non Christianæ nec Judaicæ qua dicitur Mandaitarum, vulgo Sabæorum, de qua præcedenti capite. Hi enim Syri libros suos nullo ex diversis alphabetis Aramaicis usque nunc<sup>o</sup> descriptis exarant, sed proprium habent alphabetum, a primigeno Aramaico sine dubio ortum, quod videtur alphabeto strangelo antiquius, imo verisimile est illud ab alphabeto Babylonio immediate derivatum, sicut et strangelicum ab eo fluxit; etenim in plurimis litteris hæc duo alphabeta idest mandaiticum et strangelicum sibi invicem similia sunt. At alphabeti Mandaitici litteræ omnes colligantur litteris quæ præcedunt et quæ sequuntur exceptis *alaf*, *zain*, *jod<sup>h</sup>*, et *shin* quæ cum sequentibus non colligantur; ceteræ autem omnes cum sequentibus connectuntur, vel ipsum *waw*, *dalat<sup>h</sup>*, *he*, *sade*, *res<sup>h</sup>* et *taw* quæ in omnibus alphabetis nostris sejuncta scribuntur a sequentibus litteris. Ex his conditionibus jure colligimus alphabetum Mandaitarum quoad originem nihil habere commune cum alphabeto strangelo ex quo omnia alphabeta Syriaca Christianorum orta sunt, idest neutrum ex altero natum esse, alphabetumque Mandaiticum a Babylonico immediate fluxisse. Denique animadvertendum est Mandaitas aliter ac ceteras Aramaicas gentes nomina litterarum efferre; dicunt enim *â*, *ba*, *ga*, *da*, etc. usque ad *ta*.

---

accellit tamen magis ad Chaldaicos characteres sed littera RA medium quid tenet inter quadratum seu strangelum et occidentalem et auctor adhibuit accentus per minima puncta prout est apud Chaldaeos, quamquam non semper illa adhibuerit. Ex quibus promittitur est concludere quod Nestoriani characteres jam inde a primis ecclesiæ seculis in usum extiterint. Ille porro codex claspo anno 1896 in montes Nestorianorum Tifensium delatus fuit. - (Adnotatio revisoria).

Hæc autem scripturæ Mandaiticæ differentia a scriptura Christianorum est historiæ studiosis maximi momenti, inde enim necessario alterutram fuit, scilicet aut eo tempore quo secta Mandaitica a ceteris Syriis populis separata est alphabetum strangelum non fuisse adhuc formatum, nam si hoc alphabetum eo tempore extitisset, sine dubio illud quamquam cum aliqua variatione Mandaitæ habuissent sicut ceteri populi generis Syri; aut alphabetum strangelum non fuisse usitatum in illis regionibus in quibus hæc secta nata est, idest in parte meridionali Babyloniæ, Syrosque illius regionis solitos fuisse alphabeto quod Mandaitæ conservarunt scribere. Hoc magis verisimile est, nam, inter cetera, *alaf* in alphabeto Mandaitarum valde simile est *alaf* alphabeti Nabæeorum, qui certe ex Babylonia meridionali oriundi erant. Si Mandaitæ sunt secta Gnostica, ut communis fert opinio et jure quidem merito, primo Christianismi seculo eam natam fuisse necesse est, ergo alphabetum Mandaiticum jam existebat I° seculo in Babylonia meridionali. Manifestum enim est huic populum antequam religionem quæ dicitur Sabaitica amplecteretur, non potuisse esse Christianam, neque Judæam, nec multo magis Mabometanum; ergo ex paganismo ad gnosticisimum transiit qui primo Christi seculo apparuit; nulli autem dubium est hanc sectam apud se conservasse et dialectum et scripturam quæ vulgatæ erant primo Christi seculo in ruribus Babyloniæ meridionalis.

Postquam hæc omnia de alphabetis Aramaicis disseruimus, sponte sese offert maximi momenti consideratio. Ex expositis enim manifestum est quantas mutationes et transformationes vicissitudo temporum in scripturam apud populos Aramaicos effecerit: hoc autem factum

videtur nobis valde mirandum, habita ratione famosissimæ indolis qua genus Semiticum præditum esse vulgo creditur, quod scilicet tenacissimum sit suorum consuetudinum, morum et institutorum; etenim, ut patentissimum exemplum afferamus, Arabica lingua post tam longam seriem seculorum per quam pertransiit, est hodie fere eadem quæ fuit origine. Et tamen quanta diversitas inter Arabicam scripturam hodiernam et illam qua initio islamismi utebantur Arabes! E contra videmus Europæos populos, Græcos, verbi gratia, hodie scribere fere eodem alphabeto quod illis Phœnicees attulerunt abhinc plus quam triginta seculis, linguam autem habere magnopere mutatam. Idem fere casus est cum Latinis.

Non placet hoc caput concludere quin de alphabeto Arabum, multis de causis celeberrimi populi, paululum disseramus. Igitur est res historica plena certitudine cognita, alphabetum Arabicum ex Syriaco alphabeto ortum esse. 1° Id evidens est ex similitudine perspicua figurarum inter litteras alphabeti strangeli quod vulgatum erat tempore quo Arabes scribere cœperunt et litteras alphabeti Cufici ut vulgo dicitur, ex quo natum est hodiernum alphabetum Arabicum. 2° Id confirmat ordo classicus litterarum qui est idem ne apud Syros; dicunt enim Arabes *ا ب ج د ه و ز ح ط* etc. eodem ordine ac Syri. 3° Litterarum figuræ quæ separatæ a sequentibus scribuntur sunt eadem in utroque alphabeto, scilicet *alaf*, *dalah*, *waw*, *zain*, *resh*, exceptis *he*, *sade* et *taw* quæ ab Arabibus colligatæ hodie scribuntur eum sequentibus. 4° Numerus figurarum est viginti duo apud Arabes quemadmodum apud Syros, quamquam litterarum articulationes apud Arabes sint plus quam viginti duæ. Quando igitur Arabes scribere cœperunt, alphabetum

strangelum aut quod ab eodem fonte derivatum est *Nabataeum* adhibuerunt; cum vero constituerent populum independentem et nihil fere cum Syris habentem, hinc varias et successivas mutationes litterarum formæ subierunt apud illos modo diverso ab eo quod alphabeto strangelo evenit, ita ut seculo VII<sup>o</sup> post Christum quo islamismus apparuit, Arabes visi fuerint alphabeto proprio quod vulgo hodie dicitur *Cuficum*, scribere. Hoc scripturæ genus etiam diuturno usu mutari cœpit donec ad alphabetum hodie vulgatum quod dicitur *Nash'hi* pervenerit; quod dolendum est, nam negari nequit scripturam *Cuficam* si ad genuinum statum restitueretur, si punctis diacriticis muniatur et nitide eleganterque scribatur, esse multo magis concinnam, formosam, oculo gratam et lectu expeditam quam scriptura *Nash'hica*. Hæc autem *Cufici* denominatio non nisi postquam hæc scriptura abrogata fuit et antiquata, ipsi data est. Causa vero hujus denominationis est urbs Iraki celebris, dicta Cufa, quæ olim erat sedes Khalifarum Arabum et in qua primo scripti sunt eodices islamici ingenti numero, vel (quod probabilius est) in qua diutius hæc scriptura usu vixit quam alibi.

Quonam autem tempore cœperint Arabes scribere, nequit cum certitudine dici (1). At innumeræ inscriptiones

(1) Summa omnium quæ in libris recentiorum Arabum traduntur de usu artis scribendi apud eorum majores hæc est: Himjaritis qui splendidum imperium in Arabiæ parte meridionali quæ dicitur *يمن* Iaman inde a I<sup>o</sup> Cl<sup>o</sup> seculo elemechreiter habuerunt, sunt primi Arabum qui uti scriptura cœperint paucis ante Mahomedis ortum annis, edocli a quodam viro Chaldæo, nomine *Murâmmir ibni Murrah* *مرمر بن مره*. (Perperam suspicatus est doctissimus Renan in hoc nomine videri Syriacum *murrah*, cum hanc vocem Syri Orientales ex quibus ille homo venit pronuntiabant non *mur* sed *mā*). Ceteri Arabes a Himjaritis scripturam

quæ in Hauran et partibus septentrionalibus Arabiæ visuntur, quarum regionum omnium incolæ Arabes erant, lingua et caractere Syriacis scriptæ sunt, a 1<sup>o</sup> seculo Ch. ad 5<sup>m</sup>, quod argumentum est Arabes sua monumenta non propria lingua solitos fuisse inscribere, sed Syriaca, eo modo quo populi Europæi seculis anteactis sua monumenta non suis vulgaribus linguis scribebant sed Latina. Nam nemo adhuc reperire potuit documentum Arabica lingua scriptum islamismo antè; vetustiusque documentum Arabicum quod ad nos pervenerit, Mahometis obitui posterius est et scripturam Cuficam fert.

Hic liceat nobis admirari criterium et sagacitatem quam Arabes ostenderunt cum scripturam a Syris mutuati sunt. Etenim cum Arabes vidissent linguam Syriacam non nisi viginti duas habere litteras, numerumque articulationum suæ linguæ esse majorem, non excogitarunt pro litteris suæ linguæ propriis novas figuras ut aliqui populi septentrionales fecerunt in Europa cum scribere cœperunt, neque pessimum systema uniendo duas aut amplius litteras ad significandam novam articulationem adoptarunt, ut fecerunt Latini cum Θ, X Φ et P Græcorum, et populi Europæi recentes qui duas et interdum tres alphabeti Latini congerunt litteras ad significandum unum sonum suæ linguæ proprium; et utinam

---

didicerunt. Scriptura Himjaritica appellatur *المسناد* *musnad*; ab hac derivata est scriptura Arabica hodierna quæ dicitur *الخط* *ghazm*. Non omnia hæc ab Arabibus scriptoribus tradita, sanæ criticæ consentanea sunt. Nam Arabes tam sero scripturam didicisse incredibile est, cum eorum alphabetum Mahomedis ætate mutationes ab archetypo Syriaco præferat tales quæ supponant plurimum seculorum usum. Deinde impossibile est alphabetum Cuficum a Himjaritico tam diverso, quamquam eandem originem habuerit, desumptum esse, cum e contra illud cursivo Syriaco præteritorum seculorum simillimum sit.

in hoc uniformes essent; etenim (quod non satis mirandum et dolendum) Europæi qui in omnibus artibus maximum perfectionis gradum attigerunt, ac in universis vitæ socialis et domesticæ conditionibus venustati et commoditati totis viribus student, in hac arte scribendi sine qua omnes artes et omnes vitæ conditiones in malum ruunt, videntur puerorum speciem præseferre. Nam, ut quarumdam linguarum intricatissimam et sanis philologiæ regulis contrariam orthographiam omittamus, ex. gr. Francicam et Anglicam, unaquæque lingua sonos quibus lingua Latina caret aut creditur carere, suo modo particulari exprimit; nostrum enim *shin*, ex. gr., Galli et Portugalli figurant per *ch*, Angli per *sh*, Germani per *sch*, Itali per *sc*, Boheini per *sh*, Poloni per *sz*, Hungari per *s*, alii per aliud; et sic ceteræ articulationes. Arabes igitur multo melius secuti consilium hoc systema qui magnam confusionem et incommoditatem ingerit in linguis Europæis, cum invicem collatis tum seorsim sumptis, non adoptarunt, sed ingenium philologicum ostenderunt maximum quo nullus antiquus populus eos æquavit; nam, etsi philologiæ scientiæ ignari, imo nescientes suam Syrorumque linguam esse origine unam, considerando sonum *dʰal* د eodem organo efferri ac *dal* د, satis habuerunt figuram *dalath* ad significandum utrumque; eadem ratione processerunt quoad *hʰe* ح et *he* ح, quoad *lʰh* ط et *lʰ* ط, quoad *ghain* غ et *ain* ع, denique quoad *the* ت et *te* ت. Rectitudo autem hujus modi procedendi manifesta est ex collatione linguæ Arabicæ cum Syriaca, ex qua dignoscitur unumquodque harum litterarum par eodem sono apud Syros efferri; cum igitur antiquis temporibus Syri eodem sono duas litteras ederent, Arabes eadem figura eas novissimo tempore significarunt. Ex quo elucet summum ingenium



philologicum Arabici populi. Quod autem valde admirandum est, cum valuerunt sonum *d<sup>h</sup>ad* ض figurare, non per *ain* litteram per quam Syri hanc articulationem pronuaciaat, designarunt, sed per *s<sup>a</sup>ade* ص qua Hebræi eam pronuaciaat, quia sonus *d<sup>h</sup>ad* magis ad *s<sup>a</sup>ade* accedit quam ad sonum *ain*. Contrarium egerunt cum sono *t<sup>h</sup>e* ط, quem Hebræi convertunt in *s<sup>a</sup>ade* et Syri in *t<sup>e</sup>*; eum enim per litteram *t<sup>e</sup>* figurarunt quia sonus *t<sup>h</sup>e* ط magis accedit ad *t<sup>e</sup>* ط quam ad *s<sup>a</sup>ade*.

Principio igitur unumquodque prædictarum articulationum arabicarum par unam figuram habebat, deinde, crescente usu, aliæ quoque litteræ eandem figuram singularæ habuere eam aliis, ut *g<sup>i</sup>in* ج et *h<sup>e</sup>* خ; *zain* ز et *re* ر; *s<sup>h</sup>in* ش et *sin* س; *qaf* ق et *fe* ف; item figuræ *nun* ن, *je* ي; *be* ب et *te* ت valde similes evaserunt in medio et potissimum in initio; et sic plures alphabeti characteres figurarunt singularæ plures sonos, ita ut litteræ sermonis Arabici, quæ suat viginti octo, nonnisi quindecim haberint characteres, quæ est vera enormitas, potius amanuensibus tribuenda quam litteratis. Hoc in statu diu manserunt Arabes, etiam postquam alphabetum Cuficum in *nash<sup>h</sup>i* mutatum est, sed postea necessitatem distinguendi diversos unius characteris sonos ab invicem senserunt; et tunc systema punctationis idest distinguendi soaos litterarum per puncta excogitarunt; attamen etiam post hujus systematis inventionem multi scripti sunt codices sine punctis. Hodie vero rarissime vel fere nunquam aliquid scribitur sine punctis, excepta subscriptione epistolarum et actuum civilium, quod tamen veri docti non approbant.

Non in hoc tantum quod hactenus exposuimus ostenderunt Arabes suum ingenium philologicum, sed in omnibus litteraturæ partibus. Eteaim simul ac pacis



dulci fructu post tot expugnata regna et civitates frui cœperunt, ad suæ linguæ litteraturam colendam, excolendam, perficiendam sese applicarunt cum mirabili ardore ac successu; hujus nobilissimæ linguæ, neminem nisi ingenium suum sequentes, grammaticam solidis regulis logicis ac philologicis fundarunt illique mirabilia atque exquisitissima lexica perfectissima methodo composuerunt, quin ab aliquo homine aut populo docerentur aut dirigerentur in toto hoc negotio: et sic longe post se brevissimo tempore Syros reliquerunt a quibus artem scribendi didicerant. Hactenus de scriptura apud Arabes.

Reliquum est ut de genere scripturæ quod *Gars<sup>h</sup>uni*, non *Cars<sup>h</sup>uni* ut post Maronitas (quorum proprium est  Syriacum ut  pronunciare) vulgo scribitur aliqua dicamus. Scriptura igitur *gars<sup>h</sup>unica* in eo consistit quod lingua Arabica litteris Syriacis scribatur. Hoc scripturæ genus invenerunt Syri post apparitionem et propagationem islamismi eo scopo ut de rebus suis religiosis et ecclesiasticis Mahomedanos Arabes celarent, nam fere semper in his rebus usi sunt hoc scripturæ genere; id autem potuerunt quia Mahomedanorum nemo unquam litteras Christianorum discere voluit; et aliunde scriptura Arabica, quamquam origine Syriaca, tam in illo tempore transformata erat ut illius cognitio non sufficeret ad legendam scripturam Syriacam. Licet igitur aliquo modo dicere quod Syri per hoc scripturæ genus scripturam Arabicam restituerunt ad illam conditionem in qua erat tempore quo Arabes scribere cœperunt.

Usus scripturæ *gars<sup>h</sup>unicæ* omnibus sectis Christianis communis fuit, per alphabetum singulis proprium, exceptis Melchitis Syriæ, quos non videmus *gars<sup>h</sup>unice* scripsisse libros suos ne quidem religiosos. Etenim Mel-

ebitarum Syriæ libri qui Syriace conscripti sunt, habent quidem rubricas semper sermone Arabico scriptas at litteris Arabicis etiam; unde videntur clerici Melchiticæ sectæ, inde ab islamismi initiis intelligentiam linguæ Syriacæ amisisse ut necesse fuerit rubricas prædictas lingua Arabica scribi; exceipimus tamen duos aut tres codices in quibus rubricæ Arabicæ exaratæ sunt gars<sup>h</sup>unicæ. Apud ceteras autem sectas Christianas, scilicet apud Nestorianos, Jacobitas et Maronitas rubricæ librorum ecclesiasticorum semper Syriacæ et litteris et lingua fuere usque ad hunc diem, exceptis rarissimis nulliusque momenti codicibus Jacobiticis vel Maroniticis, in quibus rubricæ gars<sup>h</sup>unicæ sunt.

Cum autem Syri qui systema scripturæ gars<sup>h</sup>unicæ excogitarunt considerassent plures esse in lingua Arabica sonos quibus lingua Syriaca caret, imitati sunt Arabum agendi rationem cum a Syris scripturæ artem didicerunt, id est singulos duos sonos eodem organo articulatos eadem littera Syriaca figurarunt, nempe *t* ܬ et *t<sup>h</sup>* ܬ<sup>h</sup> littera *taw*, *d* ܕ et *d<sup>h</sup>* ܕ<sup>h</sup> littera *dalal<sup>h</sup>*, *s* ܣ et *d<sup>hh</sup>* ܣ<sup>h</sup> littera *s<sup>ade</sup>*, *t'* ܬ' et *t'<sup>h</sup>* ܬ'<sup>h</sup> littera *t'el<sup>h</sup>*; hincque recte; *g<sup>i</sup>* ܓ et *g<sup>h</sup>* ܓ<sup>h</sup> littera *gâmal*, *k* ܟ et *k<sup>h</sup>* ܟ<sup>h</sup> littera *kaf*, et hic male, debebant enim *g<sup>i</sup>* ܓ per *âin* et *k<sup>h</sup>* ܟ<sup>h</sup> per *h<sup>h</sup>et<sup>h</sup>* figurare. Ad distinguendum autem unum sonum ab altero in his æquivocis litteris, eadem fere ratione processere ac in distinguendo *ruccah<sup>h</sup>* a *qush<sup>h</sup>s<sup>h</sup>aj*, paucis mutatis; quod in sequenti tabella videsis, ubi circellus niger positus est pro puncto rubro Occidentali.

LITTERÆ GARS<sup>H</sup>UNICÆ DUPLICIS SONI

## APUD ORIENTALES








ح	==	ح
غ	==	غ
د	==	د
ذ	==	ذ
ك	==	ك
خ	==	خ
ص	==	ص
ض	==	ض
ط	==	ط
ظ	==	ظ
ن	==	ن
ث	==	ث

## APUD OCCIDENTALES

ح	==	ح
غ	==	غ
د	==	د
ذ	==	ذ
ك	==	ك
خ	==	خ
ص	==	ص
ض	==	ض
ط	==	ط
ظ	==	ظ
ن	==	ن
ث	==	ث

Parvulum signum quod Orientales sub gâmal scribunt ad significandum ج, est ipsa littera Arabica ج minute scripta et truncata. Nota apud utrosque litteras ص et ط sine puncto scribi (1).

Syros Christianos imitati sunt in gars<sup>b</sup>unica scriptura Indi Christiani qui Malabares dicuntur, quique religionem Christianam et linguam Syriacam a Syris Nestorianis didicerunt (2). Illi enim snam linguam Indicam quæ *Malajalam* dicitur, litteris Syriacis scri-

(1) Licet paucis describere codicem Arabicum singularissimum in quem Damasci incidit quique postea in Europam asportatus est. Ille codex primo aspectu apparet gars<sup>b</sup>unice characteribus Syriacis Jacobiticis scriptus; attente tamen illum perlustranti singularia innotescunt. Codex est membranaceus, in fol. gr., oblongus. Continet episodium ex historia Arabum anteislamica. Multus est in fine et epigraphæ caret. Duas species scripturæ habet, quarum secunda, anterior tempore, Jacobitica apparet, sed in multis differt. Nam alaf, he, êt<sup>h</sup>, enf, lamadh, nun, ñia, qof, taw, plus minus distant a formis hujus alphabeti. Articulationes autem quæ in lingua Syriaca non habeat figuras proprias, ita expressæ sunt: ج = , خ = , د = , ذ = , ظ = , ض = , ز = . Nescio an exstat aliud exemplum hujus scripturæ Arabicæ.

(2) Christiana religio in India non per Nestorianos in illum halmis sed, primo quidem per Apostolum Thomam et exinde cœpit in diem per illas regiones efflorescere, donec seculo decimo sexto in Nestorianam hæresim delapsa est. Etenim legenti acta S. Jonan anachorete Sancti Eugentii socii, qui quarto seculo ærenobilium suum Auhari in Irac quæ Pheros et Sapor nominatur constituit, apparet religionem christianam floridam plura ante Nestorianismum secula fuisse in regionibus Catarensibus inter Aramæicas Orientales seu Chaldeicas et Indicas plagas sitis ac in ipsa India, protendebaturque usque in Sinas, adeo ut præfatus S. Jonan canonizatum quoddam hæc constitutum nomen S. Thomæ dicatum in India visitaverit (cf. acta Sancti et Martyr. tom. I editionis Beifjan pag. 465). Ille porro regiones jam tunc a principio christiæ religionis subjectæ erant Sedi Patriarchali Babylonensi tanti eo tempore in regia Persarum urbe Salik et Ctesiphon quæ et Malain seu urbes vocabatur. Legimus enim veridicis in historia quod Joannes Persidis episcopus, qui et ipse Catholicus Babyloneus, ut patet, subjectus erat, Nycænum primum concilium adhibere professionem fidei nomine Persidis atque Indiarum ecclesiæ dedit. At enim postquam in hæresin Nestorianam faventibus Persis regibus, regio Aramæica Orientalis sub finem seculi quinti et deluceps cecidisset, omnes quæ illi subjectæ erant gentes in eandem hæresim traxit; tum demum christiana religio propagata est per Indiam ejusque collibus magis quam prius, constituturæ sunt novæ dioceses Nestorianæ in India Sinarumque imperio. — (Anotatio revisoris).

bunt, additis quibusdam signis pro sonis Indicis quos lingua Syriaca non habet. Malabares hoc scribendi genus *g'arasuni* appellant.

Habent et Judæi in Oriente hoc genus scribendi, scribunt enim res suas civiles (non religiosas) lingua Arabica sed caractere Hebraico. Sonos autem Arabicos pro quibus lingua Syriaca figuras proprias non habet (item et Hebraica) hoc modo figurant: punctum minusculum ponunt super *gâmal*, *dalâl<sup>h</sup>*, *l'et<sup>h</sup>*, *s'ade*, *kaf*, *taw*, ut significant sonos Arabicos ج, ذ, ظ, ض, خ, ث, sub *gâmal* autem ut significet غ (1). Nota in Hebraica lingua sonum *ruccak<sup>h</sup>* nullo notari signo, *qus<sup>h</sup>shaj* autem per punctum minusculum intra litteram scriptum exprimi, quod punctum est etiam signum duplicationis.

Si quis nunc quærit: Ex omnibus Syriacis et ab eis derivatis alphabetis de quibus lacteans, quale est elegantius ac formosius? Respondemus: Barhebræus quidem in sua majore grammatica (tom. 2, pag. 5, edit. Martin) alphabetum suæ sectæ quod diximus Jacobiticum, scripturæ Orientalium idest Nestorianæ anteposuit, eumque secutus est inter grammaticos Europæos presbyter Martin et R. Duval. Cum autem de formæ pulchritudine quæ per visum percipitur, diversi diversa judicent, ego (si tamen licet meum exprimere iudicium) existimo primum alphabetum quoad gratiam et speciem esse Strangelum, deinde Græcum, Latinum, quadratum quod Hebraicum dicitur, Nestorianum, Commune veterum, Jacobiticum, tandem cetera.

Atque hæc satis sunt de antiquissimo alphabeto Syriaco originali deque ceteris quæ diversis temporibus et locis ab eo derivata sunt. Juvat autem ea una serie

(1) Alicubi *gimet*, cum puncto inferiori, significat ج Arabicum; sine puncto غ.

recensere. Sunt igitur antiquam alphabetum Hebræorum quod hodie Samaritanum dicitur, Phœnicium, Græcum, Latinum, Babylonium hodie a Jndæis usitatum, Nabatæum, Mandaicum, Palmyrenum, Strangelum, Commune Syrorum seculorum præteritorum, Nestorianum, Jacobiticum, Melchiticum, H<sup>h</sup>imjariticum, Cuficum, Nask<sup>h</sup>icum. Quæ fortuito enumeravimus, non considerata temporis ratione. His addenda alphabeta dissitorum populorum ab alphabeto Aramaico derivata, nimirum: Persicum, Indicum, Abyssinicum.

---

#### CAP. IV.

##### DE SIGNIS NUMERALIBUS

Inter scripturæ elementa recensenda sunt signa numeralia, de quibus quoad Syros liceat aliqua dicere.

Omnes fere populi qui scripsere, signa numeralia propria habuerunt in scriptura. Syri quidem vel ab ipso initio videntur litteris alphabeticis usi esse ad significandos numeros, de quo systemate numerandi postea erit sermo in Grammatices libro primo de Nomine.

Sed præter litteras alphabeti alia habita sunt ab antiquis temporibus numeros significandi systemata apud Syros, testibus inscriptionibus. Phœnices quidem sumum habuerunt, Puni in Africa aliud, Hebræi non videntur præter litteras alphabeticas alio systemate usi esse. At tamen hoc ipsum systema quod Græci, a Phœnicibus edocti, semper adhibuere et adhuc adhibent (nunquam Latini, quamquam et ipsi scripturam a Syris didicerint) in inscriptionibus Syriacis non apparet. Palmyreni enim,

ut cernitur in eorum inscriptionibus lapideis, aliud systema numeros figurandi habebant.

Ex hoc systemate videtur ortum esse aliud systema numeros figurandi, quod Syri in libris adhibebant. Hoc alterum systema in antiquissimis codicibus adhuc superstitionibus cernitur, ubi adhibebatur ad annum scripturionis codicum, numeros quateracionum eorundem, numerosque versuum sacerorum Bibliorum notandos, in quo extremo casu adhuc hoc systema adhibetur, praesertim apud Nestorianos.

Hæc sunt systemata quæ noscuntur a Syris adhibita fuisse ad figurandos numeros.

Systema Indicum notandi numeros quod ab Europæis Arabicum dicitur, nunquam apud Syros adhibitum est, nisi recentissimo tempore et quidem in libris impressis tantum, modo notis Europæis, modo Arabicis.



## CAP. V.

### DE INVENTIONE PUNCTORUM ET APICUM VOCALES ET ALIA SIGNIFICANTIUM

Qui primum artem scribendi in mundum invexit, nonnisi viginti duas figuras invenit respondententes viginti duabus linguæ Aramaicæ consonantibus, nulla habita cura vocalium. Sic consonantes tantum scriptores exarabant sine punctis aut signis quæ vocales aut alia significarent; legentes autem suo Marte vocales pronunciabant eo ferme modo quo hodie in libris ordinariis faciunt Arabes. Verumtamen non omnino vocalium signis carebat scriptura; nam inde ab initio alphabeti inventi aliquæ litteræ adhibite sunt ad aliquas vocales designandas,

quæ litteræ tres erant quæ facillime in vocales convertuntur, nempe *alaf*, *waw* et *jod<sup>h</sup>*; *alaf* quidem ad significandam vocalem A longam in fine vocis, *waw* autem vocalem U, denique *jod<sup>h</sup>* vocalem I longam. At per hoc, quod eadem lecturam minus difficilem reddebat, difficultas non evanescibat; namque omnes vocales clausæ, A longum in medio vocis, diphthongi EI et AU, consonantis duplicatio, omnia hæc sine ullo signo manebant; distinctio quoque inter motam litteram et quiescentem, nec non inter litteras *alaf*, *waw* et *jod<sup>h</sup>* consonantes et eas vocales aut diphthongos, omnino desiderabatur. Græci quidem, ut alio loco innuimus, cum, Aramaicum alphabetum a Phœnicibus accipientes, illud vocalium signis propriis carere viderunt, sex hujus alphabeti litteras ad significandas vocales destinarunt, nempe *alaf*, *he*, *jod<sup>h</sup>*, *het<sup>h</sup>*, *ain* et *waw*. Latini quoque quid simile fecerunt. Mandaitæ autem pro omnibus vocalibus eujuscumque speciei ipsas litteras infirmas ut ajunt, *alaf*, *waw* et *jod<sup>h</sup>* adhibuerunt, scribebant enim, ex. gr., **אלכס** et **אלכס** pro **אלכס** et **אלכס**. Quod autem hoc systema proprium fuerit Mandaitarum, ab hac secta invecum incerto tempore, et quod ignotum fuerit ceteris populis Semitis et multo magis Aramæis, id omnia documenta testantur, libri Judæorum vetustissimi tum Hebraici tum Aramaici idest Chaldaici, inscriptiones omnis generis antiquæ et recentes, Palmyrenæ, Phœnicia, Nabatae, codices omnes omnium populorum Semiticorum eujuscumque ætatis.

Igitur ceteri populi qui alphabetum Aramaicum assumpserunt, exceptis dictis Græcis, Latinis et Mandaitis, sine signis vocalium omnes semper scribebant. Arabes ipsi nonnisi consonantes a Syris acceperunt, at postea 1<sup>o</sup> sec.



apparitionis et propagationis islamismi idest incunte seculo VIII<sup>o</sup>, potissimum ad stabiliendam Corani, libri sacri Mahomedanorum, lecturam, signa notissima vocalium et quæ ea sequuntur excogitarunt, quæ hucusque in usu apud ipsos sunt sine ulla mutatione quamquam characteres multum mutati sint. Item fecere et Hebræi, etenim circa idem tempus idest incunte seculo VIII<sup>o</sup> alphabetum Babylonicum quo utatur inde a tempore quo in captivitate Babylonica erant, novis signis multiplicibus et valde intricatis auxerunt ad designandas vocales, duplicationem, accentus et alia. His signis fere omnibus utantur etiam in scriptura linguæ Chaldaicæ. Signa autem vocalia apud Hebræos scribuntur omnia sub litteris, excepto signo quod significat O quod desuper ponitur.

Aramæi autem non secus ac ceteri populi Semitæ multa secula transegerunt cum alphabeto signis vocalium discriminis pluralis a singulari, *rucak<sup>h</sup>* a *qus<sup>h</sup>shaj*, ceterisque apicibus carente. Imo cum ab ipsa alphabeti institutione, litteræ *dalat<sup>h</sup>* et *res<sup>h</sup>* simillimam inter se figuram haberent atque, postea ita ad invicem accesserint ut discrimen inter eas omnino evanuerit, nonnisi circa II<sup>m</sup> post Christ. seculum eas distinguere ab invicem cogitarunt, et tunc mos evaluit ut *res<sup>h</sup>* punctum haberet desuper, *dalat<sup>h</sup>* autem sine nota scriberetur, ut videtur in inscriptionibus Palmyrenis. Postea *dalat<sup>h</sup>* etiam habuit suum punctum inferius, instituta est *siame* qua distinguitur plurale, *he* 3 pers. sing. fem. habuit etiam punctum superius, certe ante V<sup>m</sup> post Chr. seculum, cum hæc omnia in manuscriptis illius seculi cernantur. Ante illud tempus Syri curam habuerunt ut aliquo signo vera consonantium pronuntiatio determinaretur, saltem approximative, et tunc excogitarunt punctum grande quod


per diversas positiones quæ illi dantur in vocabulis, diversas eorundem lectiones indicaret (1). Hoc systema grandis puncti a Syris Occidentalibus usque ad hunc diem religiose conservatum est, eoque utuntur etiam cum puncta vocalia de quibus infra, litteris affigunt; e contra Syri Orientales, qui antea et ipsi hoc punctum grande exacte adhibebant, ex quo ante trecentos circiter annos minuscula puncta constanter et necessario adhibere cœperunt, raro puncto grandi utuntur.

Quo vero tempore hoc punctum grande adhiberi cœperit et ubi, id omnino incertum est; unum certum est illud in inscriptionibus etiam posteriorum seculorum nunquam videri; aliud etiam certum est, hoc punctum seculo IV<sup>o</sup> debuisse vulgatum esse, nam S. Ephraim qui eo seculo floruit in suis Scripturæ commentariis loquitur de quorundam verborum diversis lectionibus, id quod requirit usum alienius signi quo una lectio ab altera distinguatur; et hoc signum non potest esse nisi punctum grande de quo sermo. Primus qui, quantum ad notitiam nostram, pervenit, de hoc puncto ex professo scripsit est Jacobus Edessenus seculi VII celeberrimus magister in secta Jacobitica, cujus tamen auctoritas grammaticalis etiam apud Nestorianos magna est.

At elapsis temporibus crescentibusque libris eorumque lectoribus, viderunt eruditi Syri hoc puncti grandis systema non multum inservire, itaque cogitaverunt modum invenire quo unaquæque vocalis scriptura distin-

---

(1) Hoc punctum grande, dicitur, lectionem vocabuli indicabat, non consonantium motionem seu vocalem. Nam antequam minorum punctorum systema, de quo infra, excogitatum esset, vocalium ne nomina quidem habebant Syri, etiam cum punctum grande adhibebant, teste Jacobo Edesseno celeberrimo Syrorum Occidentalium literato seculi VII qui cum de hoc puncto grandi multa scripsit, ne semel quidem nominat *ptahkam* aut *zqafam* aut alius vocalis cujuscumque nomen.

gueretur. Teste Barhebræo in sua grandi Grammaticæ, Jacobus Edessenus de quo nuper, primus fuit qui illud tentaverit excogitando nonnullos parvos apices qui in serie consonantium scriberentur ad indicandas vocales; narrat enim citatus scriptor, Jacobum prædictum, cum quidem præbyter Antiochenus nomine Paulus ab eo petiisset ut regulam aliquam orthographicam illi traderet qua lector varias vocales dignoscere posset, tradidisse illi phrasem constantem vocabulis quæ omnes vocales Syriacas continebant, scriptas signis ab ipso Jacobo excogitatis. Hæc phrasis famosa evasit ex illo tempore, estque  (Tranquille vivas Edessa mater nostra) (1). Signa autem vocalium quibus hanc phrasim Jacobus munivit, videre licet in grammatica R. Duval pag. 15, et in tab. 2 Gram. *semhe* Barhebr. a Martia editæ. Sed hoc Jacobi systema neglectum est ex quo natum est, nec unquam usu consecratum fuit, ne vivente quidem ipso Jacobo.

At post breve tempus reperta sunt apud Syros duo nova systemata ad figurandas vocales, quæ divulgata sunt et propagata, et usque ad hunc diem usu vigent. Primum est systema minorum punctorum, quæ modo supra litteram, modo infra, ad indicandas diversas vocales linguæ Syriacæ affiguntur; hoc systema vulgatum est apud Syros Orientales, sed Occidentales etiam sæpe

(1) Vocales Syriacæ in systemate Jacobi Edesseni octo erant, quibus tamen septem tantum sortitæ sunt nova signa in ejus excogitato; octavæ autem, i. e. *zqafa* nullum novum signum postulat Jacobum, sed ipsam litteram *alaf* figuram pro *zqafa* reliquit; ex quo perperam deduxit R. Duval *zqafam* ea mente habuisse apud Occidentales sonum *a*; nam si Edessenus (quod probabilissimum est) nomen litteræ *alaf* pronuntiabat *olaf*, ut Occidentales hodie pronuntiant, jure poterat ejus figuram pro signo *zqafa* ponere quæ est prima vocalis nominis *olaf*.

eo utuntur (1). Alterum systema est vocalium Græcarum nam Syri Occidentales intra sec. VIII litteras Græcas vocales scribere cœpere cum litteris Syriacis ad indicandas Syriacæ linguæ vocales. Vides ergo quomodo Aramæi exiguam partem muneris quo Græcos ante secula donaverant, tandem recuperarunt; seu potius humiliter mendicarunt id quod ante secula genereose munificaverant. Hæ Græcæ vocales quas Syri in suam scripturam introduxerunt, sunt: A, E, H (pronunciant I), O, OY, quarum quatuor primæ sunt litteræ Syriacæ *alaf*, *he*, *h<sup>et</sup>*, *ain*, quinta duobus constat litteris *ain* et *waw*.

(1) Dignum est observatione, quod quinque vocalium signa in hoc punctorum minorum systemate sunt eadem in Masora, ut dicunt, idest systemate punctorum Hebræorum; nimirum: - 1<sup>o</sup> Signum vocalis E clausæ quod Syri *zlamam* leuena vocant, Hebræi autem *stere* quodque apud utrosque duobus constat minusculis punctis horizontalibus sub litteram scriptis ut  $\text{ⲉ}$  (*be*); - 2<sup>o</sup> Signum vocalis I quod Syri *h<sup>et</sup>as<sup>a</sup>*, Hebræi autem *h<sup>et</sup>req*, vocant constat uno puncto minusculo sub litteram *jod<sup>h</sup>* appicto ut  $\text{ⲉ}$  (*bi*); - 3<sup>o</sup> Signum vocalis U, a Syris *maqa*, ab Hebræis *shureq* dictum, estque unum punctum sub littera *waw*, ut  $\text{ⲉ}$  (*bu*); - 4<sup>o</sup> Signum vocalis O, a Syris *rwah<sup>a</sup>*, ab Hebræis *h<sup>et</sup>olem* nuncupatum, quod constat uno puncto supra litteram *waw* posito ut  $\text{ⲉ}$  (*bo*); - 5<sup>o</sup> Denique signum vocalis E, longe apud Syros qui eam vocant *zlanta qas<sup>h</sup>ja*, brevis autem apud Hebræos qui illam dicunt *s<sup>h</sup>eca*; constat duobus punctis verticalibus sub littera ut  $\text{ⲉ}$  (*be*). Hæc quinque vocalium similitudo figurarum apud duos populos nescio an ab eruditis animalversa sit; utcumque res sit, negari nequit eam attentionem mereri. Hanc similitudinem impossibile est, sententia mea, fortuitam fuisse; sed alterutra ex duabus gentibus alteram præcedere debuit in harum vocalium usu. Quæ fuit?... Hebræi quidem referunt Hebræos pededentim signa vocalium excogitasse, idest non omnia uno tempore; unde iure colligitur: - 1<sup>o</sup> Syros ab Hebræis hæc quinque vocalium signa didicisse non eorum nomina; nam si signa apud utrosque eadem sunt, nomina tamen differunt. Obiter etiam notandum est nomina Hebræica vocalium de quibus agimus, huiusmodi singula a vocali cuius unquamque est figura, quod vere laudem meretur, contra ac nomina Syriaca. - 2<sup>o</sup> Systema figurandi vocales per minuta puncta apud Syros antea esse systemati vocalium Græcarum. - At hic varia danda exurgunt: Si Syri in figurandis his vocalibus de quibus sermo est, Hebræos imitati sunt, cur eos non imitati sunt pariter in ceteris vocalibus figurandis? Cur figuras tantum ab Hebræis adoptarunt, non illidem nomina, præsertim cum signum unius ex ceteris vocabulis idest *pt<sup>h</sup>ah<sup>a</sup>* idem habeat nomen in utraque lingua? Qua ratione credi potest Syros Christianos quibus Judæi accerrimi erant inimici, voluisse hos imitari? Fatemur has difficultates pondus habere ad earum solutionem sapientioribus relinquimus.

Hoc systema vocalium Græcarum nonnisi apud Syros Occidentales in usu viguit, quia apud eos excogitatum fuit; Orientales nunquam illud voluerunt adhibere, quidquid dicat presbyter Martin, neque inter tot ac tot codices Nestorianos diversorum temporum et locorum qui existunt, possibile est unum apicem ex vocalibus Græcis reperire in ullo codice. Jam vides hoc systema pro fundamento habere pronunciationem Syrorum Occidentalium; *zqafa* enim exprimitur per O non per A, *h<sup>h</sup>vas<sup>a</sup>a* per H non per I; deest *rwah<sup>h</sup>a*.

Quamquam cum plena certitudine dici nequit, quale horum duorum systematum vocalium antierius sit, tamen ut vidimus, multa suadent systema punctorum minutorum vetustius esse; omnino ignotum est qui fuerint eorum inventores, aut quo loco inventio locum habuerit. Non defuit ex recentioribus Maronitis qui asseruit systema Græcarum vocalium inventum fuisse a quodam Theophilo docto, qui origine Edessenus et professione Maronita vel potius Melchita (nam Maronitæ nunquam Edessæ fuerunt) in civitate Bagdad seculo VIII<sup>o</sup> apud khalifas Arabum celebritatem litterariam nactus est; at hoc assertum est merum commentum nulli innixum fundamento. Et aliunde incredibile est; nam si hoc verum esset, nemo melius quam Barhebræus id cognovisset qui de hoc viro in suo chronico scripsit; atqui Barhebræus hoc de Theophilo factum non retulit neque in chronico, neque in grammaticis neque alibi.

Videtur autem Barhebræus ipse ignorasse quis fuerit auctor systematis vocalium Græcarum, quia id non memorat in suis scriptis; præsertim in suis grammaticis quas multis historicis documentis linguam Syriacam respicientibus, ornavit. Nobis, si licet sententiam nostram

dicere, videntur monachi celeberrimi propter litteraturam Syriacam monasterii dicti Qarqafa quod in Tur-Abdin Jacobitæ possidebant, auctores fuisse systematis vocalium Græcarum; quorum opus litterarium peritis notissimum est, liber inquam quo hi monachi difficilia aut ambigua loca Bibliorum aliorumque ecclesiasticorum librorum classis recensuerunt hisque vocalibus Græcis determinarunt (1).

De vocalium igitur Græcarum systemate nullum dubium esse potest illud apud Jacobitas inventum esse. Sed dubium versatur circa originem systematis punctorum minorum, ubi ortum suum habuerit, utrum apud Jacobitas an apud Nestorianos (nam utraque secta hoc systema adhibet), nempe qui hoc systema excogitavit, utrum erat ex Syris Occidentalibus, an ex Orientalibus. Nobis videtur ex Syris Occidentalibus fuisse, propter sequentes rationes: Primo cum Orientales duplicationem litterarum habeant, qua Occidentales carent, hoc systema nullum habet duplicationis signum. Atqui Arabes qui hanc duplicationem habent, signum illi constituerunt; item fecerunt et Hebræi. Ergo qui hoc systema excogitavit, esse debebat de gente quæ litteras non duplicabat id est de Syris Occidentalibus. Et hoc primum thesisi nostræ fundamentum. Deinde qui primus hoc systemate usus est, debet latin pronunciatione optime distinguere pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am a zqafa, quæ tam accurate hoc systemate orthographico distinctæ sunt; id autem incredibile est in homine scholæ Orientalis apud quam, multis abhinc seculis saltem, nullum est discrimen inter zqafam et pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am. Ergo aut qui hoc

(1) Litterati hi, Qarqafenses dicti, præter quinque vocalium signa Græca hodie vigentia, sextum invenere signum  $\Psi$  (quod constat *alpha* et *ypsilo* Græcis) ad notandam diphthongum *au*; sed hoc signo nemo usus est præter prædictos litteratos, qui notato digni sunt quod ipsum hoc signum methodo Græcorum scriptum (i. e. a sinistra ad dextram) reliquerunt; tam serviles aliqui Syri erant Græcis!

systema invenit, erat acutissimus ac ingeniosissimus philologus ita ut discerneret intime inter duas vocales quæ sono nihil inter se differebant, quod incredibile est; aut dicendum hunc hominem ex schola Occidentali fuisse. Adde diversitatem nominum pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>æ et zqafæ quæ ut evidens est, indicat diversitatem rerum. Inventor enim signorum vocalium consideravit quod qui dicit v. gr.  $\text{أُف}$ , aperit (hoc significat pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a); at qui dicit  $\text{أَف}$ , suspendit (hoc significat zqafa); aperire autem non est idem ac suspendere. Atque juxta hodiernum systema Orientalium eundem omnino sonum dat qui pronunciat pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am ac qui pronunciat zqafam. Et e contra qui pronunciat zqafam more Occidentalium, reapse videtur suspendere voeem. Unde concludimus ex eo quod in hoc systemate discrimen extat inter *rwah<sup>h</sup>am* et *'maqam*, quod hodie Occidentales non habent, ipsos has duas vocales non olim distinxisse, quod credibilissimum est et testimonio Jacobi Edesseni magistri Occidentalis scholæ supra citati confirmatur, qui in systemate vocalium quod excogitavit, ut vidimus, distinxit *rwah<sup>h</sup>am* a *'maqam*. Ceterum, unum certissimum est, tempore prædicti Jacobi Edesseni idest initio seculi VIII neutrum systema vocalium excogitatum adhuc fuisse; in diversis enim hujus grammatici celeberrimi scriptis quibus totis viribus conatus est regulas certas et præcisas de orthographia ponere, nullum vestigium ne nomen quidem ipsum reperitur ullius vocalis sive unius sive alterius systematis. In sua autem grammatica (cujus nonnisi parva et paucissima fragmenta, in Britannico Museo conservata, ad nos pervenerunt, quæ in 3<sup>o</sup> volumine Catalogi Wrightiani hujus Masei omnia edita sunt) Jacobus Edessenus vocales omnes juxta systema a se excogitatum de quo supra, constanter significavit.

Ex his omnibus quæ hucusque disseruimus, clare patet, ante seculum VIII<sup>m</sup> nullum populum Semiticum habuisse in scriptura signa ad significandas vocales, idest neque Arabes, neque Hebræos, neque Syros. Hebræi videntur fuisse primi, dein Syri, ultimi Arabes, qui hanc litterariam inventionem tam pretiosam aggressi sint, singuli pro sua lingua. At nequimus dicere utrum ex imitatione seu æmulatione hoc opus aggressi sint, an unusquisque populus independenter ab alteris et inscien-ter de alteris systema suum excogitaverit. Omnia hæc ignoramus.

Postquam sic unusquisque horum trium populorum suum cœpit habere systema vocalium, cœpit illud adhibere usque ad hunc diem. Sed observa diversam agendi rationem horum populorum. Etenim ex quo Arabes suum systema habuere, legem posuere ut librum suum sacrum qui Coranus dicitur, non liceret omnino exarare sine his vocalibus; similiter Hebræi nunquam scribunt sacrum Codicem idest libros veteris Testamenti nisi figuris suæ Masoræ adamussim munitum. Syri autem Christiani nullam legem in hac re sibi imposuerunt, ne in suis libris sacris quidem exarandis; etenim inter omnes codices præteritorum seculorum, exaratos sive apud Jacobitas, sive apud Nestorianos sive apud alios, nullum fere codicem videmus signis vocalibus constanter et regulariter ornatum sive systemate punctorum minorum, sive litterarum Græcarum. Igitur etiam post inventa systemata vocalium, scriptores Syri nonnisi raro et ubi ambiguitas timebatur, munitabant litteras vocalibus, Orientales quidem systemate punctorum minorum tantum, Occidentales autem idest Jacobitæ et Maronitæ utroque systemate, sed potissimum systemate Græcarum litterarum. Melchitæ autem



neutrum systema videntur voluisse adoptare, etenim in omnibus codicibus hujus sectæ quos examinare nobis datum est, neutrius vestigium videre potuimus. Attamen amannenses hujus sectæ videntur voluisse quodammodo systema punctorum minorum imitari, cum hic et illic cernimus in codicibus, rarissime tamen, duo puncta minuta supra litteras vel infra quæ nullum sensum possunt habere. Non loquimur de duplici puncto quod fere constantiter in hujus gentis codicibus sub littera *taw rucca-k<sup>h</sup>ata* conspicimus.

Igitur, ut diximus, et ipsi Jacobitæ et Nestoriani raro signis vocalium utebantur scribendo. Attamen tribus abhinc circiter seculis cœperunt Nestoriani omnes suos libros rigore punctis vocalibus sine ulla exceptione notare. Occidentales morem suum non mutarunt, nempe non nisi raro apices vocalium in suis scriptis ponunt alterutro systemate. Notandum tamen id est: Jacobitæ suos libros ex Græco idiomate conversos amant potius vocalibus systematis Græcarum litterarum notare, inter quos libros primum habet locum novum Testamentum Hæracleense quod scilicet Thomas Hæracleensis e Græco in Syriacum sermonem interpretatus est.

Quæ hactenus de vocalium figuris exposuimus, non nisi Christianos Syros respiciunt. Nam Mandaitæ quidem, contenti viginti duabus litteris alphabeti, quarum tres *alaf waw* et *jod<sup>h</sup>* (et non raro *ain* etiam) adhibent pro vocalibus ut supra diximus, nunquam iis addere aliquid voluerunt. Samaritani quoque nesciunt in scriptione aliud præter alphabetum usque ad hunc diem. Judæi denique præter Targumim rarissime signa sua vocalium ponunt cum linguam Chaldaicam scribunt.



## CAPUT VI

DE VOCABULIS EXOTICIS QUÆ IN LINGUAM SYRIACAM  
INTRODUCTA SUNT, ET DE VOCIBUS SYRIACIS QUÆ  
AD ALIAS LINGUAS TRANSIERUNT.

Syriacæ stirpis populis evenit quod omnibus nationibus accidere solet, nempe quod per diuturnam et frequentem cum aliis populis conversationem, horum mores et consuetudines mutuati sunt Syrii sicut et suos mores et consuetudines illis communicarunt; inter quæ præcipuum habet locum lingua. Etenim multa vocabula ex exoticis linguis in Syriacum sermonem transierunt ab antiquis temporibus; ita ut cum veritate possimus dicere, post linguam Pehlevicam quæ est uox ex antiquis dialectis Persicis, nullam aliam linguam ex antiquis tam exoticis vocalibus refertam cognosci quam linguam Syriacam, quod non infitiamur habere speciem eujusdam dedecoris, quamvis linguæ a quibus Syriaca mendicavit, inter nobilissimas mundi linguas computentur.

Igitur Syriaca lingua quamquam antiquissima sit et antiquitate omnes fere linguas superet ac ubertate et copia verborum omnes linguas Semiticas (excepta Arabica) aliasque vincat, innumera tamen vocabula ex aliis linguis adseivit, inter quas primum tenent locum Persica et Græca, quæ cum Semiticæ non sunt, maxime indole, natura et forma a lingua Syriaca distant, atque nimis manifestam discrepantiam ab ea præseferunt (1).

(1) Similem discrepantiam intolerabilem videre est inter linguas Persicam, Turcicam, Hindustanicam, Malaicam ex una parte et Arabicam ex altera; notum enim est harum linguarum populos, præsertim Persas et Turcas, singulos suam linguam desumptis ab Arabica illi maxime discrepante infinitis verbis furcisse; multo magis dolendum quod Persæ ex quo Islamismum amplexi sunt, suo antiquo alphabeto relicto, eisdem delectur de Hindustanis, scripturam Arabicam adoptarunt

Notæ sunt causæ ob quas vocabula ex lingua Persica ad Syriacam venerunt, nimirum duorum populorum vicinitas frequentissimæque commerciales aut politicæ relationes. Præcipua autem Persica vocabula quæ in linguam Syriacam intrarunt, sunt nomina gemmarum, plantarum, instrumentorum aliarumque his similium rerum quæ primo apud Persas cognitæ fuerunt. Cum vero in lingua Persica, ut uotum est peritis, diversæ existant articulationes quibus Syriaca ceteraque linguæ semiticæ carent, ut  $\text{ح}$  (ch) idest *ch* Anglicum seu *teh* Gallicum et  $\text{ج}$  (j) idest *j* Gallicum in *jeter*, Syri, in vocabulis Persicis quæ mutuati sunt has litteras in alias similes suæ linguæ immutarunt. Accipe nunc præcipua vocabula Syriaca Persicæ originis:  $\text{ܟܘܠܘܪ}$  color,  $\text{ܦܪܟܐܘܬܐ}$  parva hasta,  $\text{ܩܘܦܘܩܘܠܐ}$  versicolor,  $\text{ܘܦܝܕܘܠܘܡܐ}$  idolum,  $\text{ܩܘܦܘܩܘܠܐ}$  argentum,  $\text{ܒܘܒܘܠܐ}$  bubalus,  $\text{ܟܘܠܘܪܐ}$  thesaurus,  $\text{ܦܪܟܐܘܬܐ}$  præfectus thesauri,  $\text{ܦܘܠܘܬܐ}$  signum,  $\text{ܕܘܡܘܢܐ}$  dæmon,  $\text{ܡܘܢܝܦܘܬܐ}$  munificentia,  $\text{ܩܘܦܘܩܘܠܐ}$  venatica præda,  $\text{ܩܘܦܘܩܘܠܐ}$  crumena,  $\text{ܕܘܦܝܕܘܠܘܡܐ}$

quæ ipsorum linguæ incolæ nullatenus congruit, quamquam linguæ Arabicæ quam maxime convenit. Imo sine metu asserere possumus inter omnes populorum scripturas hucusque notas, non exstare ullam tam propriè linguæ quadrantem atque convenientem quantum scripturam Arabicam, quidquid dicat doctissimus Renan in *Hist. des lang. Sémit.* Loquimur de orthographia, non de calligraphia. Nam cum omnes, Europæ saltem, scripturæ hodiernæ reformatione orthographica indigent, quod eruditi conflentur et dolent, Arabica scriptura utique calligraphicæ opus habet reformationis, nullatenus vero orthographicæ si secundum grammaticas regulas adamussim contelatur. In qua enim Europæa lingua scriptura ita conformis est lecturæ ut statim ac quis alphabetum ac cetera signa quæ illi comitantur didicerit, possit quæcumque scripturam sine ulla difficultate legere? Hæc pretiosa est dos solius linguæ Arabicæ paucarumque forte aliarum, ut Armenicæ, Russicæ, Hispanicæ, etc. Hujus postrema lingua idest Hispanicæ, eruditi viri linguam Latinam deformarunt at suam reformarent. Utinam eos imitari essent Franco-Galli, quorum lingua quoad orthographiam, est cumulus incoherentiæ, absurditatis et ignorantie. Satis sit notasse quam hic populus qui ob suam magnitudinam reverentiam erga Latinam linguam relinquit suam tam deformem orthographicæ, inclementer et insipide sua pronuntiatione linguam Latinam vexet ac deformet.

circuivit, <sup>9</sup>ܘܘܪܐ turma, <sup>9</sup>ܟܠܝܐ clavis(1), <sup>9</sup>ܘܘܪܐ venenum  
(animalium), <sup>9</sup>ܘܘܪܐ saccus sarcinæ, <sup>9</sup>ܘܘܪܐ exem-  
plar, <sup>9</sup>ܘܘܪܐ parasanga.




Vocabula autem Græca quæ ad linguam Syriacam transierunt, sunt multo plura quam Persica, quod evenit propter diuturnum imperium tum politicum tum civile quo Græci iode ab Alexandri Magni ætate, seculo scilicet ante Ch. IV<sup>o</sup>, Syriam aliasque populorum Syrorum regiones dominati sunt. Attamen quamquam elementa Græca in Syrorum mores, consuetudines, litteraturam per illa tempora intime penetraverint, nihilominus, quod vere notatu dignum est, nullum lingua Græca vestigium reliquit in sermone vulgari populorum Syrorum, excepto uno aut duobus vocabulis quæ in dialecto *Mātulæ* adhuc supersunt ut <sup>9</sup>ܘܘܪܐ ecclesia. Attamen lingua Græca a doctis et magnatibus maxime celebrata fuit in Syria præ ceteris Syriaci generis populis, ita ut ab initio regni successorum Alexandri Magni usque ad initium seculi IV post Christ. paucissimi admodum inter Syros doctrina claruerint qui lingua Græca non scripserint, aut saltem eam calluerint, quantum ad nos pervenit. Imo innumera inscriptiones quæ illis seculis in Palmyra, Haurano aliisque Syriæ regionibus usque ad regni Persici limites, confectæ sunt, quamquam maxima parte Syriacum sermonem portent, tamen plurimæ et Græce et Syriacæ, aliæ Græcæ tantum sculptæ sunt.

Plurimæ sunt causæ quæ tam miram linguæ Græcæ apud Syros propagationem et stabilitatem adjuverunt, etiam postquam dominatio politica Græcorum jam

(1) Perperam autumarunt nonnulli Syriacum <sup>9</sup>ܟܠܝܐ ex Græco KLEIS sumptum esse.

cessaverat, nempe linguæ Græcæ harmoniosa fluiditas, miranda flexibilitas, copiosissima abundantia. Adde aliam insignem linguæ Græcæ prærogativam, quod scilicet nullus sit in hac lingua sonus qui non habeat respondentem in lingua Syriaca, exceptis nonnullis vocalibus. Atque quoad vocales bene se expedire sciverunt Syri. Etenim omnes vocales quas eundem vel fere eundem sonum dare videbant, eadem figura expresserunt. Itaque A per *pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am* (Occidentales) aut *zqafam* (Orientales); I, EI et (apud Occidentales) H ut unam eandemque vocalem considerarunt ac per *h<sup>h</sup>vas<sup>s</sup>am* reddiderunt; Y, OY et OI per *s<sup>s</sup>as<sup>s</sup>am*; O parvum et O magnum Orientales per *rwah<sup>h</sup>am*, Occidentales per *zqafam*; E et AI et (apud Orientales) H per *zlamam*; AY per *pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am* (Occidentales) vel *zqafam* (Orientales) sequente *waw* quiescente; EY per *zlamam* sequente *waw* quiescente. In hac agendi ratione, indolem linguæ Syriacæ haud deseruerunt nec violarunt, quæ nempe exigit ut vocalis brevis non existat. At non eadem ratione hic se gesserunt ac in vocibus mere Semiticis; in his enim quæ a lingua Arabica perfecte comparantur, Syri regulam expunctionis sibi imposuerunt, ut scilicet eliminent omnem vocalem brevem et quiescere faciant ejus litteram; in Græcis vero conservarunt quidem vocalem brevem, sed longam eam reddiderunt. Exemplo hoc melius intelligatur: in voce Semitica *bâlîma* quæ secundam vocalem habet brevem ut Arabes etiam pronunciant, Syri expungunt hanc vocalem et pronunciant *bâlma*. At in voce Græca, v. gr. BAPBAPA, in qua secundum A est breve, Syri producant hanc vocalem ac pronunciant *barbâra*; transgrediuntur nempe regulam linguæ Græcæ ut suæ linguæ indolem intactam conservent. Eadem ratione pronunciant *sunhódos*

(1<sup>a</sup> syllaba clausa, 2<sup>a</sup> et 3<sup>a</sup> loogæ), *lógiqi* (1<sup>a</sup> et 2<sup>a</sup> longæ), *léksiqôn* (omnes longæ), pro ΣΥΝΟΔΟΣ, ΛΟΦΙΚΗ, ΛΕΞΙΚΟΝ, in quibus singulis secunda vocalis est brevis. Inutile est advertere Syros nullam accentus Græci rationem habere, nec videtur aliquis inter eos de illo scripsisse, sed accentum in verbis Græcis juxta iadolem suæ linguæ moderant.

Quoad consonantes, eæ nullam præferunt difficultatem. Notare tamen juvat nonnulla. Pro Β, Γ, Δ, Θ Syri ponunt respondeates litteras Syriacas idest *bet<sup>h</sup>*, *gâmât*, *dâlat<sup>h</sup>* et *taw*, cum *ruccak<sup>h</sup>* prolatas; pro Κ *hof*; pro Χ, *kaf* lene (*ruccak<sup>h</sup>*) noannoquam *kaf* durum (*qush<sup>h</sup>shaj*); pro Η, *pe* durum sed cum puocto speciali ut indicarent illud non eundem omnino sonum habere ac *pe* durum Syrorum. *Gamma* autem ante aliud *gamma*, aut *kappa*, aut *chi* semper per *nun* redditur, quod confirmat prononciationem recentium Græcorum cui favet testimonium linguæ Latinæ contra eos qui contendunt hanc litteram nullam prononciationis mutationem subire ante prædictas litteras. Specialem etiam meretur mentionem littera Græca Π. Cum etenim Græci hanc litteram in initio vocis spiritu aspero insigniunt, et quando duplex est, utroque spiritu, tenui et aspero, id Syri bene observarunt, ideoque post *res<sup>h</sup>* litteram *he* addebant, dicentes, ex. gr.:  ΠΩΜΗ,  ΠΗΤΩΠ,  ΠΑΡΡΗΣΙΑ. Verum hoc *he* prononciando et sæpe etiam scribendo negligitur: Denique Θ per *taw* aspiratum (*ruccak<sup>h</sup>*) ut diximus, Τ per *t'et<sup>h</sup>* reddunt Syri. Has regulas adamussim observant Syri cum vocibus Græcis, nunquam ab iis deviano.

Hac ratione infinita, ut ita dicam, vocabula Græca in linguam Syriacam introducta sunt, quorum plurima sunt nomina technica ut ajunt, alia ad res pro Syris

novas pertinent. Verumtamen (quod singularissimum est) ita Syri in deliciis linguam Græcam habuerunt, ut ab ea ipsas grammaticas particulas, conjunctiones, adverbia et similia mutuati sint, ut ΔΕ ΓΑΡ, ΜΗΝ, ΑΡΑ. Imo ex vocibus Græcis ipsa verba formarunt Syri, ut **مَهْنَة** KATHΓOREIN, **مَمَمَم** ornavit a ΚΟΣΜΟΣ (1). Uno verbo, vocabula Græca multo plus abundant in Syriaca lingua quam in ipsa Latina linguæ Græcæ tam affini ne tam vicina. Denique nomina Syriaca Græcæ originis modo formam originalem conservant, ut **مَهْمَه**, **كَلَمَة** YLH, **أَهْ** (2) AHP, **مَهْمَه**; modo formam Syriacam accipiunt, ut **مَهْمَه** STOLH, **مَهْمَه** XΩPA, **مَهْمَه** ΑΣΣΑΠΙΟΝ.

Vocabula Græca maxime abundant in ea linguæ Syriacæ dialecto quam litteralem nuncupavimus, et ejus grammaticam in hoc libro tradimus, eaque videntur, saltem maxima in parte, ad initia regni Seleucidarum qui Alexandro Magno in Syria finitimisque regionibus successerunt, ascendere. Ea enim copiosa quamquam cum quadam parcimonia videmus in versione Bibliorum Syriaca dicta Ps<sup>h</sup>itta quæ nobis exhibet Testimonium de Syriacæ linguæ statu in 1<sup>o</sup> Chr. seculo. Item in eadem fere mensura plurima occurrunt vocabula Græca ac idem Latina in inscriptionibus Palmyrenis quæ, ut alibi diximus, a 1<sup>o</sup> ante Chr. seculo ad 4<sup>m</sup> extenduntur.

(1) Nonnulli his adhibent **مَهْمَه** ( *laudavit* ) quasi esset a ΚΑΛΟΣ . Sed perperam, ΚΑΛΟΣ enim et ejus derivata nunquam *laudis* notionem habuere sed pulchritudinis et ornamenti tantum. Et contra vox **مَهْمَه** nunquam ideam ornamenti aut pulchritudinis habuit.

(2) Secundum alaf accipit p<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am pro zlama propter regulam quæ in grammatica n. 118 explicatur.

Horum tamen vocabulorum exoticorum maxima pars sunt nomina officiorum publicorum. Item in dialecto Babylonica qua Targumim idest versiones N. Testamenti aliique libri apud Judæos scripti sunt, summopere abundant vocabula Græca. Hac autem dialecto jam ut vernacula utebantur Judæi regnantibus Alexandri successoribus, atque pro certo habemus vocabula Græca in eam illis seculis intrasse independenter a lingua Syriaca incolarum Syriae, Mesopotamiae, etc. Sicut enim religione ab invicem separati erant, ita et ceteris rebus publicis. Propterea in dialecto Aramaica Judæorum nonnulla reperimus vocabula Græca quæ in dialecto litterali non exstant, ut **שִׁמְיֹון** ΣHMEION (1), **קִיפּוֹס** KYPIOS; et viceversa. Hujusmodi autem vocabula in lingua Chaldaica quam Judæi loquebantur cum e captivitate reversi sunt idest seculo ante Chr. VI<sup>o</sup> esse non poterant, et revera libri Danielis et Ezræ qui hac lingua scripti sunt, nullum Græcum vocabulum continent, quidquid contenderint nonnulli in contrarium.

Non desunt et in dialecto Mandaitarum vocabula Græca, paucissima quidem at quæ omnia existunt in dialecto litterali. Ex quo licet deducere argumentum quod hæc Mandaitarum dialectus ante seculum I<sup>m</sup> Chr. in quo verba Græca turmatim ut, ita dicam, linguam Syriacam inveniebantur pervasisse, jam formata et a ceteris dialectis Aramaicis separata erat.

Vulgares dialecti nullum vestigium, ut supra inimus, exhibent Græci elementi. Nec mirum, cum

(1) Gesenius in dictionario Hebraico negat hanc vocem Chaldaicam Græcam originem habere propterea quod verbum talmudicum **שִׁמְיֹון**, ali, non potest esse a Græco ΣHMAINEIN in quo N non est radicale. Sed clarissimum virum fugit verbum **שִׁמְיֹון** huius directe a verbo Græco assumptum esse sed a **שִׁמְיֹון** quod est Græcum ΣHMEION.



oppidorum et moatium incolæ, ubi hæ dialecti vigeant, nullam aut fere nullam cum Græcis magnarum urbium habitatoribus consuetudinem habuerint; et aliunde verba Græca quæ in cultis dialectis recepta sunt, maxima in parte a litteratis originem habere debuerunt, quorum incepta a civitatum confinibus imo ab ipsis libris non solent egredi. Quæ in Samaritana dialecto, quæ certe in origine vulgaris erat, rarissima vocabula Græca videntur, (si quidem ea revera Græca sunt) sine dubio Samaritani, cum suam dialectum scribere cœperunt, a vicinis Judæis ea discere debuerunt; ex quibus citare lubet solum **صمك** *signum*, nam quoad vocabulum **ص** (sub) non est versimile illud esse Græcum KATA ut opinatur Petermann. Quis enim credere potest Samaritanos a Græcis accepisse particulam grammaticalem cui habebant optimam respondentem, relictis infinitis ceteris vocabulis ditissimæ linguæ Græcæ? Verbum autem **دو** a quo **دو** quod occurrit in Dan. III, 4, est certissime Aramæicæ originis, quamquam fortuito quamdam similitudinem habeat cum Græco ΚΗΡΥΤΤΕΙΝ, cum hujusmodi similitudo in aliis linguis etiam existat ut Samscredamica, Persica, Germanica, Anglica, Italica, ut bene advertit Gesenius in lexico Hebraico; et ex alia parte radix **دو** in omnibus Aramæicis dialectis exstat.

Longissimum esset omnia vocabula Græca in linguam Syriacam adscita enumerare; satis sit recensere præcipua quæ in diversis dialectis adoptata sunt, scilicet litterali, Chaldaica et Mandaitica: **ܣܬܘܠܐ** (1) ΣΤΟΛΑ, **ܬܝܦܘܣܐ** ΤΥΠΟΣ, **ܬܘܥܝܝܘܬܐ** ΤΑΕΙΣ, **ܩܕܝܫܐ** ΠΡΟΣΩΠΟΝΟ, **ܟܝܦܘܣܐ** ΚΑΙΡΟΣ, **ܫܝܟܘܡܐ** ΣΗΚΩΜΑ, **ܫܬܝܠܐ** ΣΤΥΛΗ,

(1) In Chaldaica et Mandaitica dialectis scribitur **ܣܬܘܠܐ** cum *sade*.

mutata in n, **كَنْهَر** ΠΕΙΣΑΙ, **كَلْمَه صَمْد** ΓΛΩΣΣΟΚΟΜΟΝ,  
**كَنْهَر** AHR, **كَنْهَر** ΜΑΡΑΓΝΑ, **كَنْهَر** KAMINOS, **كَنْهَر**  
KANΔΗΛΑ ( vox Latina ), **كَنْهَر** ΝΟΜΟΣ, **كَنْهَر**  
ΝΑΡΚΙΣΣΟΣ, **كَنْهَر** ΦΑΛΑΓΞ, **كَنْهَر** ΚΕΝΤΡΟΝ, **كَنْهَر**  
ΠΑΝΔΟΥΡΑ, **كَنْهَر** ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ, **كَنْهَر** ΣΗΜΕΙΟΝ.  
Animadvertendum tamen est non omnia hæc nomina  
esse certe Græcæ originis; probabile enim est nomina  
*narcissus*, *caminus*, *columna*, *pandura*, *phalanx*,  
esse Syriacæ, vel saltem Persiæ originis.

Principio quidem vocabula Græca quadam necessi-  
tate in linguam Syriacam ingressa sunt, quod demum  
equidem tolerabile erat. At postea crescentibus linguæ  
Græcæ studiis quamquam Græcorum dominium jam a  
seculis extinctum erat, ob incrementum ac extensionem  
litteraturæ Syriacæ, cæpit rectum criterium in litteris  
vitiari, et tunc nonnulli qui se ceteris eruditiores jacta-  
bant, elementa Græca passim inter vocabula Syriaca  
inserebant non propter necessitatem sed ut linguam  
Syriacam sua mente ornarent, ut revera ut eam defor-  
marent. Sed gratias Deo O. M. quod horum sciolorum  
numerus valde exiguus fuit, hicque detestabilis mos  
neque extensionem neque stabilitatem nactus est. Nihilo-  
minus videmus lexicographos celebriores apud Syros,  
*Bar-Ali* et *Bar-Bahlul* Græcis vocibus sua lexica reple-  
visse ad eas interpretandas.

Etiam Latina lingua tributum Syris præstitit; etc-  
nim ex eo tempore quo Syria in provinciam Romanam,  
medio seculo 1<sup>o</sup> ante Chr. redacta est, multa vocabula  
Latina linguam Syriacam auxerunt. En præcipua :  
**كَنْهَر** piscina, **كَنْهَر** palatium, **كَنْهَر** candela,  
**كَنْهَر** cella, **كَنْهَر** centurio, **كَنْهَر** carruca, **كَنْهَر**

flagellum, **ܩܘܣܬܐܢܐܩܐ** questionnaire, **ܩܘܣܬܐܢܐܩܐ** speculator, **ܘܢܨܐ** uncia, **ܩܘܣܬܐܢܐܩܐ** seu **ܩܘܣܬܐܢܐܩܐ** centenarius, **ܩܘܣܬܐܢܐܩܐ** tabellarius, **ܕܢܐܪܝܘܣ** denarius, **ܩܘܣܬܐܢܐܩܐ** sudarium, **ܩܘܣܬܐܢܐܩܐ** talarium, **ܩܘܣܬܐܢܐܩܐ** stabulum, **ܩܘܣܬܐܢܐܩܐ** legio, **ܩܘܣܬܐܢܐܩܐ** praetorium. Ne pigeat notare Syros cum armis Romanis subjecti essent, noa omnia nomina Latina quae militiam, imperium civile respiciunt, a lingua Latina assumpsisse, nam nomina militis **ܩܘܣܬܐܢܐܩܐ**, militiae **ܩܘܣܬܐܢܐܩܐ**, cohortis **ܩܘܣܬܐܢܐܩܐ**, praefecti provinciae **ܩܘܣܬܐܢܐܩܐ**, legis **ܩܘܣܬܐܢܐܩܐ**, senatoris **ܩܘܣܬܐܢܐܩܐ**, principis **ܩܘܣܬܐܢܐܩܐ**, provinciae **ܩܘܣܬܐܢܐܩܐ**, reipublicae **ܩܘܣܬܐܢܐܩܐ**, tribunalis **ܩܘܣܬܐܢܐܩܐ**, a Graeca lingua assumpta sunt non a Latina, nimirum haec nomina Graeca jam apud Syros vulgata erant inde a tempore regni Graeci Seleucidarum, cetera nomina Syriaca manserunt, ut **ܩܘܣܬܐܢܐܩܐ** imperator (rex), **ܩܘܣܬܐܢܐܩܐ** decretum, etc. Alia videntur vocabula Graeca aut Latina in inscriptionibus Syriacis Palmyrae et in monumentis Rabbiaorum quae in lingua litterali hodierna ignota sunt, ut **ܩܘܣܬܐܢܐܩܐ** decurio, **ܩܘܣܬܐܢܐܩܐ** BOYLH, **ܩܘܣܬܐܢܐܩܐ** ΔΗΜΟ, etc. Denique in libris juris civilis Syriacae conscriptis passim verba Latina occurrunt tecnico sensu, ut **ܩܘܣܬܐܢܐܩܐ** legatum, **ܩܘܣܬܐܢܐܩܐ** curator, **ܩܘܣܬܐܢܐܩܐ** emancipatus.

Atque haec de mutuis quae lingua Syriaca sumpsit a Graeca et Latina. Ab Hebraeis autem, quamquam origine et habitatione valde proximis, nil assumpsit lingua Syriaca, exceptis valde paucis vocabulis Biblicis quae cum religione Christiana apud omnes populos recepta sunt, **ܩܘܣܬܐܢܐܩܐ** Amen, **ܩܘܣܬܐܢܐܩܐ** Hallelujah, **ܩܘܣܬܐܢܐܩܐ** Osanna,

Deus, אֲדֹנָי Adonai (Dominus), אֱלֹהִים Omnipotens, שָׁבָאוֹת Sabaoth, כְּרֻבִים Cherub, סֵרָפִים Seraph, פֶּסַח (1) Pascha. Ceterum Aramaica lingua ex quo ad Judæos transiit, Hebraicis vocabulis repleta est, ut innuimus, tamen apud ipsos tantum.

Arabica lingua quæ recentibus temporibus dissitissimas et maxime extraneas linguas locupletavit, nil linguæ Syriacæ tam affini et tam vicinæ præstitit præter duo aut tria nomina ab historiographis usurpata, ut **فِرْدَوْس** perturbatio civilis, **أَمِير أَلَمَنَّا** princeps Arabum, **وِزِير هَامَانَ** visirus; Barhebræus quoque in operibus suis philosophicis adhibuit vocem Arabicam **هَوَم** ad significandam facultatem animalem quæ vulgo *instinctus* dicitur. In multis etiam codicibus Syriacis occurrit vox Arabica **نَسْمَة** exemplar sed male expressa, scribitur enim **لَهْمَة**, cum analogia philologica exigat ut dicatur **لَهْمَة**, et sic est in dialecto Chaldaico Rabbiorum, ex quo evidens est radicem **لَهْم** esse etiam Aramaicam, non autem Arabicam tantum, perditam tamen esse a Syr. litt. et conservatam in Chaldaismo. Barhebræus adhibuit etiam in suis scriptis vocem Arabicam **هَوَم** **سَدَس** sextum.

Haetenus de vocabulis exoticis quæ in linguam Syriacam recepta fuere. Age nunc de vocibus quas hæc lingua aliis linguis mutuam dedit. Atque ut a nobilissima lingua Græca incipiamus, non pauca ex lingua Syriaca Græci nomina sumpserunt, quorum præcipua sunt

(1) Hebraice est cum *sementh* non *sade*. In hoc igitur nomine devinunt Syri a consuetudine diligentia in figurandis accuratissime per litteras Syriacas exoticas vocibus juxta certas et invariables normas.

nomina rerum quæ ex Syrorum regionibus aut finitimis  
 ortam habuere, ut ALOH **ܐܠܘܗ**, LIBANOS **ܠܒܢܢܘܨ**,  
 ΣΗΡ **ܫܝܪ**, ΒΥΣΣΟΣ **ܒܝܨܣܘܨ**, XALIE **ܚܠܝܐ**, MARGARIT  
**ܡܘܪܩܪܝܬܐ**, ZIZAN **ܙܝܙܢܐ**, ΒΡΑΘΥ **ܒܪܘܬܝ**, ΝΑΦΘΑ  
**ܢܘܦܬܐ**, ΝΑΡΑ **ܢܘܪܐ**, ΣΑΠΦΕΙΡ **ܫܦܝܪܐ**, ΒΗΡΥΛΛ  
**ܒܝܪܝܠܐ**, YAKINΘ **ܝܝܟܝܢܘܬ**, ΣΑΝΔΑΡΑΚΑ **ܫܢܕܪܐܩܐ**,  
 ΣΜΑΡΑΓΓΑ **ܫܡܪܐܓܓܐ**, KAMHL **ܩܡܠܐ**, ELEΦ **ܐܠܝܦ**,  
 ΣΗΣΑΜ **ܫܝܫܝܡܘܨ**, ΟΡΥΖ **ܘܪܝܙ**, ΧΙΤΩΝ **ܚܝܬܘܢ**, ΣΙΝΔΩΝ  
**ܫܝܢܘܢ**, KANNA **ܩܢܢܐ**, KANNAB **ܩܢܢܒܐ**, ΥΣΣΩΠΟΣ  
**ܝܫܫܘܦܘܨ**, ΜΑΛΘΑ **ܡܠܬܐ**, ΜΥΡΟΝ **ܡܘܪܘܢ**, ΒΑΛΣΑΜ  
**ܒܘܠܫܐܡ**, ΡΟΔ **ܪܘܕܐ**, XALBANH *galbanum* **ܚܠܒܢܝܗ**, KYMIN  
**ܩܝܡܝܢ**, ΚΥΠΡΟΣ **ܩܝܦܪܘܨ**, ΝΙΤΡΟΝ **ܢܝܬܪܘܢ**, KINNAM  
**ܩܝܢܢܐܡ**, ΣΥΚΑΜΙΝ **ܫܝܩܩܡܝܢ**, ΚΛΩΒΟΣ **ܩܠܘܒܘܨ**,  
 ΡΟΜΒΑΙΑ **ܪܘܡܒܝܐܝܐ**, ΕΙΦΟΣ **ܐܝܦܘܨ**, ΚΑΡΔΑΜ **ܩܪܕܐܡ**,  
 ΣΙΚΕΡ **ܫܝܩܝܪܐ**, ΜΝΑ **ܡܢܐ**, ΜΑΝΝΑ **ܡܢܢܐ**, ΚΙΝΥΡΑ  
**ܩܝܢܝܪܐ**, ΠΑΡΑΔΙΣ **ܦܪܕܝܨܐ**.

Sed maximam portionem vocabulorum quæ lingua  
 Syriaca extraneis linguis distribuit, sortita est Arabica.  
 Hæc Syriaca vocabula in Arabicam linguam insita, præ-  
 cipue de rebus theologicis aut ecclesiasticis versantur,  
 cum Arabes Syrorum opera, sicut ceteras culturæ civilis  
 institutiones, ita et religionem Christianam acquisiverint.  
 Syriaca autem vocabula Arabes non a dialecto quam  
 litteralem seu classicam nominamus mutuati sunt, sed  
 a Palæstinensi quæ Chaldaica dicitur. Denique observan-  
 dum est Arabes fere omnia vocabula Syriaca, ad analo-  
 giam suæ linguæ reduxisse, unde videmus s<sup>h</sup> in mutatum  
 in sin et viceversa, litteram quiescentem accipere vocalem  
 brevem, *zqafam* semper per A longum expressam, etc.

Accipe nunc principalia vocabula Arabica Syriacæ originis ordine alphabetico Arabum disposita (1): **ܝܫܬܘܒܬܐ** اصطبل Latin. *stabulum*, **ܝܫܬܘܒܬܐ** اسطوانة *columna*, **ܝܫܬܘܒܬܐ** استار Latin. *statera*, **ܝܫܬܘܒܬܐ** اوفية *amen*, **ܝܫܬܘܒܬܐ** انا *pater spiritualis*, **ܝܫܬܘܒܬܐ** ايقونة *L. uncia*, **ܝܫܬܘܒܬܐ** ايقونة *Gr. icon*, **ܝܫܬܘܒܬܐ** باعوث *rogatio publica*, **ܝܫܬܘܒܬܐ** بلاط *palatium*, **ܝܫܬܘܒܬܐ** تلميذ *discipulus*, **ܝܫܬܘܒܬܐ** (2) **ܝܫܬܘܒܬܐ** *vas urinæ medico exhibendæ*, **ܝܫܬܘܒܬܐ** توبة *pœnitentia religiosa*, **ܝܫܬܘܒܬܐ** تيراه *meridies*, **ܝܫܬܘܒܬܐ** تيراه *Lex. Mosaica*, **ܝܫܬܘܒܬܐ** جالوت *colonia captiva*, **ܝܫܬܘܒܬܐ** حانة *potestas divina*, **ܝܫܬܘܒܬܐ** جهنم *Gehenna*, **ܝܫܬܘܒܬܐ** *taberna*, **ܝܫܬܘܒܬܐ** (in dialecto Chaldaica Rabbinarum) *doctor Judæorum*, **ܝܫܬܘܒܬܐ** دين *judicium divinum*, **ܝܫܬܘܒܬܐ** دينار *denarium*, **ܝܫܬܘܒܬܐ** دير *castellum*, **ܝܫܬܘܒܬܐ** زنار *Gr. zonarion*, **ܝܫܬܘܒܬܐ** ساعور *celebratio*, **ܝܫܬܘܒܬܐ** زياح *vicarius ecclesiasticus*, **ܝܫܬܘܒܬܐ** سجان *gloria (Deo tribuenda)*, **ܝܫܬܘܒܬܐ** سفر *paranymphus*, **ܝܫܬܘܒܬܐ** شين *Apostolus*, **ܝܫܬܘܒܬܐ** سلج *codex*, **ܝܫܬܘܒܬܐ** شاس *diaconus*, **ܝܫܬܘܒܬܐ** صراط *(Lat. strata) via*, **ܝܫܬܘܒܬܐ** طاغوث *oratio religiosa*, **ܝܫܬܘܒܬܐ** صلووة *beatitudo (in formula congratu-*

(1) Perito liquet multa ex nominibus Syriacis hic prolatis esse quidem origine Græca aut etiam Latina, sed hoc non impedit quominus ipsorum cognitionem et usum Arabes Syris debuerint, et quidem Syris Palesineisibus non Syris Mesopotamiæ aut Orientis ut patet ex ipsorum nominum forma.

(2) Verbum **ܝܫܬܘܒܬܐ** reversus est est Semiticum, habens in origine **ܫ**; arabice enim dicitur **تَاب**, hebraice autem **שׁוּב** cum s<sup>h</sup> in juxta regulam; sed cum agitur de conversione ad Deum Arabes adhibent formam Syriacam **ܝܫܬܘܒܬܐ** cum **ܫ**.

lacionis) طور **ܩܘܪܝܢܐ** *mons*, عرب **ܩܘܪܝܢܐ** *susceptor in bap-*  
*tismo*, عاذ **ܩܘܪܝܢܐ** *baptisma*, فردوس **ܩܘܪܝܢܐ** *paradisus*,  
 فدق **ܩܘܪܝܢܐ** *Gr. pandocion*, فداس **ܩܘܪܝܢܐ** *sacrificium*  
*missæ*, قربان **ܩܘܪܝܢܐ** *oblatio religiosa*, فرطاس **ܩܘܪܝܢܐ**  
 فيس **ܩܘܪܝܢܐ** *cesta*, نسط **ܩܘܪܝܢܐ** (*chaldaice* **ܩܘܪܝܢܐ**)  
 Lat. **ܩܘܪܝܢܐ** (*chaldaice* **ܩܘܪܝܢܐ**) *presbyter*, نصر **ܩܘܪܝܢܐ**  
*castrum*, فلاية **ܩܘܪܝܢܐ** Lat. *cella*, قوم **ܩܘܪܝܢܐ** *persona in*  
*divinis*, قيامة **ܩܘܪܝܢܐ** *resurrectio mortuorum*, كاروز **ܩܘܪܝܢܐ**  
*prædicator*, كامن **ܩܘܪܝܢܐ** *sacerdos*, كراس **ܩܘܪܝܢܐ** *quaternio*  
*libri*, كرح **ܩܘܪܝܢܐ** *cella*, كينة **ܩܘܪܝܢܐ** (*ita in Chaldaica*  
*dialecto*, sed **ܩܘܪܝܢܐ** *in Syriaco hodierno*), كوزة **ܩܘܪܝܢܐ**  
*Gr. chora*, لاموت **ܩܘܪܝܢܐ** *divinitas*, مار **ܩܘܪܝܢܐ** *Dominus*  
 (est titulus honoris), مزور **ܩܘܪܝܢܐ** *sera*, ملكوت **ܩܘܪܝܢܐ**  
*psalmus*, مينا **ܩܘܪܝܢܐ** *regnum (spirituale)*, ناموت **ܩܘܪܝܢܐ**  
 (1) **ܩܘܪܝܢܐ** *portus*, ناسوت **ܩܘܪܝܢܐ** *humanitas Christi*,  
 ناطور **ܩܘܪܝܢܐ** *Gr. nola*, ناقوس **ܩܘܪܝܢܐ** *custos*, نبراس **ܩܘܪܝܢܐ**  
*nomos*, نبراس **ܩܘܪܝܢܐ** *lucerna*, نباحة **ܩܘܪܝܢܐ** *quies mortui*.

(1) Hæc vox Græca est LIMIN. Kam cum Syrii in suam linguam receperint, formam Syriacam ipsi dederunt dicentes *Imena*; Arabes autem eam a Syriis accipiente, dixerunt principio *Imina*; postea imaginati litteram *l* esse articulum dixerunt *abimna*; et sic e litteris radicalibus *l* ececlit. Idem evenit nomini *Alexandria*, quod principio Arabes pronunciant *Alicandaria*, nunc autem abjecta *al* ob expositionem causam dicunt *Iscandaria*. Eodem modo Arabes pro *adamas* dixerunt *admas*, deinde considerantes *al* ut articulum dixerunt *mas*. Contrarium fecerunt Europæi, Itali, Franci et præsertim Hispani cum nominibus Arabicis que adoptaverunt, cum enim ea nomina articulo *al* ornata acceperint, hunc articulum ut partem integrantem radialis considerant ita ut eam volunt hinc nomina determinare, articulum suæ lingue eis addant. Huiusmodi nomina innumera sunt in lingua Hispanica, juxta duo aut tria citare; *algebra* الجبر, *algebra* النبة, *algarada* الغارة, *albarca* الرصيف.

Horum nominum multa nonnisi Christianis nota sunt.

Inutile est nomina pure Græca recensere, ut انجيل *evangelium*, مطران *episcopus*, **ܐܘܨܩܘܦܘܣܐ** *episcopus*, **ܥܘܢܘܢܐ** *evangelium*, **ܡܝܬܘܦܘܠܝܬܐ** *metropolita*, **ܥܘܪܝܘܬܐ** *chorepiscopus*. Nominibus mere Syriacis adde nomina mensium anni, ut كانون *December* et *Januarius*, **ܥܘܦܪܘܐܝܘܣܐ** *Februarius*, etc.; item innumera nomina herbarum et medicinarum. Denique observandum est ubi Syriasmus classicus quem scilicet litteralem nuncupavimus, a dialecto Chaldaica differt in iis vocabulis quæ e lingua Syriaca in Arabicam transierunt, Arabicam eum Chaldaica concordare, non cum litterali, ad ejusque instar ea vocabula offerre, ob causam quam mox retulimus, ut كنيسة *ecclesia*, قصر *palatium*, **ܟܘܪܬܐ** *charta*, **ܓܘܚܢܐ** *gehanna*, **ܐܝܘܢܐ** *icon*, **ܕܝܘܪܝܘܡܐ** *diversorium*, in quibus convenit dialectus Chaldaica seu Palæstinensis quæ dicit **ܟܘܪܬܐ** cum *jod*<sup>h</sup>, **ܟܘܪܬܐ**, **ܕܝܘܪܝܘܡܐ**, quemadmodum vidimus antea dialectum Chaldaicam convenire eum Arabica lingua in vocabulis aut formis grammaticis mere Semiticis in quibus dialectus litteralis ab Arabica differt, ut **ܘܡܢܐ** *tempus*, **ܟܘܪܬܐ** *catena*, cum in litterali dialécto dicatur **ܟܘܪܬܐ** et **ܟܘܪܬܐ**. Hoc evidenter indicat Arabes verba Syriaca recepisse non a Syris Mesopotamiæ sed Syriæ vel Palæstinæ ipsis vicinarum cum adhuc lingua Syriaca in his regionibus vernacula erat (1). Unde factum est

(1) Pulcherrima ac jucundissima est profecto nova scientia philologica diela linguistica comparata dummodo cum moderatione in ea procedatur; sed ex quo ejus pontifices ipsa ubi incipiunt, intolerabilis evadit et creditum suum amittit. Inter hos abusus censenda est cupido quæ ejusdam scholæ orientalistarum animos hodie invasit novas quotidie doctrinas in mundum invehentit. Quid enim dicendum de talibus doctoribus qui in omni pagina, ut ita dicam, textel



quod ex. gr. Arabes *Ecclesiae* كَنِيسَة nomen non a كَنِيسَة quod est dialecti classicæ, sed a كَنِيسَة quod est proprium dialecti Chaldaicæ seu Palæstinaensis acceperint; item nomen *Calami* قَلَم non a lingua litterali in qua hoc nomen Græcum non extat, sed a Palæstineensi قَلَم. Sed probabilius est Arabes hæc nomina non a Palæstineensibus accepisse, sed a Syris Syriæ cum quibus multo frequentius erat Arabum commercium, et qui ut alibi diximus, simillimam habebant idiomatici Palæstinaensi Aramaico dialectum Syriacæ.

Denique recolantur ea quæ antea diximus de numerosissimis vocabulis quæ ex lingua Syriacæ in dialectos Persicæ ab antiquissimis temporibus transierunt, præsertim in Pehlevicæ, quæ multo plures Syriacas voces continet quam Syriacæ Græcæ, nam in ea passim occurrunt vocabula Syriacæ omnino non necessaria, ut *frater*, *pater*, *filius*, *terra*, etc. Videntur Persæ vel ab antiquis temporibus cæco amore erga exteras linguas ardentes semper fuisse; quod enim Persæ Mahomedani hodierni cum Arabica lingua faciunt, siue mensura et limite ejus vocabula in suam linguam introducendo, idem faciebant veteres Persæ Zoroastrii cum Syriacæ.

Quoad linguam Hebraicam jam diximus antea quædam lingua Syriacæ in eam habuerit auctoritatem

---

Arabici non vident nisi vocabula origine Syriacæ aut quomodocumque exoticæ?  
 Nam apud hos orientalistas خمر fermentum, خمر vinum, زيتون oliva, لوح tabula,  
 روح spiritus, رحمان misericors, خاتم annulus, فين ficus, فدان palatium, شبد  
 cæmentum, et multa alia, non sunt pura Arabica nomina, sed ex Syris sumpta!!  
 V. clavis orientalistarum Romanum Gullt, Della Sede primitiva de' Semiti pas-  
 sim, et Osservazioni sulla Culturall; etc. Cum hujusmodi asserta nullo argumen-  
 te fulcantur, nullam merentur refutationem.

antiquis temporibus, ut vocabula Syriaca et puri Syriasmī, ut dicunt, in scriptis auctorum Hebræorum optime notæ, quales sunt scriptores Veteris Testamenti, non raro inveniuntur.



## CAPUT VII

### COMPENDIARIA LINGUÆ SYRIACÆ EJUSQUE LITTERATURÆ HISTORIA.

Ex iis quæ præcedentibus capitibus disseruimus, colligitur linguam Syriacam seu Aramaicam multo ante seculum XX<sup>m</sup> ante Christum diffusam fuisse in tota Asia Occidentali, exceptis partibus meridionalibus versus Occidentem, videlicet Palæstina et Arabia. In Palæstina quoque jam inde a seculo ante Ch. VIII<sup>o</sup> linguam Syriacam plantatam fuisse apud Samariæ populum ejus maxima pars e regionibus Orientalibus idest ex Babylonica finitimisque terris jussu regum Assyriæ illuc migraverat. Denique totam fere Palæstinam seculo VI<sup>o</sup> lingua Syriaca occupatam fuisse cum tota regio sub jugum Chaldæorum cecidit et ab eorum coloniis occupata fuit, Judæi autem postquam in Babylonide dimidium seculum transegerant sub captivitate, denique jussu Cyri regis Babylonis hanc captivitatem reliquerunt et in patriam reversi sunt, loquentes linguam terræ captivitatis suæ (1).

Seculo igitur VI<sup>o</sup> ante Ch. in toto immenso terrarum tractu qui hodie vastissimum imperium Othomanorum Asiaticum format, exceptis Asia Minori, Armenia et

(1) Hanc veritatem historicam a quibusdam recentioribus Orientalistis novitatem amatoribus impugnata[m] aut saltem in dubium revocata[m], jam satis superque cap. I demonstravimus.

Arabia, quique comprehendebat etiam partem terrarum quæ dominio Persarum hodie subjectæ sunt, in omnibus, inquam, his vastissimis regionibus lingua Syriaca erat vernacula, at certe cum varietatibus seu variis dialectis, quarum præcipua, prædominans et classica erat illa quam Babylonicæ nomine insigimus quæque Chaldaicæ nomine cogenscitur, quippe quæ apud Judæos, apud incolas Babyloniæ, Assyriæ finitimarumque regionum habitatores et forsitan in tota Syria, saltem Occidentali, vigeat et exulta erat. Utrum autem inter varietates tunc existentes linguæ Syriacæ esset una quæ similitudinem haberet cum dialecto quam Syriacam litteralem appellant, id nescimus, sed non videtur probabile, quia quasi certum nobis est dialectum hanc ex dialecto Babylonica progressu temporis natam esse. Diversitatem autem dialectorum fere adamussim sequebatur diversitas alphabeti seu scripturæ ut capite III<sup>o</sup> fuse expositum est. Usque ad illam ætatem lingua Syriaca ab exotica mixtura pura remanserat, exceptis nonnullis vocabulis Persicis quæ in partibus Orientalibus potissimum adhibebantur. Quod autem dialectus quam Babylonicam dicimus, classica et litteralis illis temporibus fuerit, ex eo certum fit quod Judæorum adolescentes hanc linguam quam postea in Judæam attulerunt, scholis et quidem regalibus, et non ex ore vulgi didicerint (vid. Dao. 1, 4). Denique cum illa ætate Babylonia erat metropolis potentissimi et vastissimi imperii qui omnes populos Syriacæ loquentes complectebatur, necessarium erat ut ejus lingua omnibus populis sibi subjectis esset lex et norma.

Ita plus minus se res habuere usque ad exitum seculi IV ante Christ. in quo dominatio Græcorum, Alexandri Magni successorum, omnes fero populos Syros com-

plexa est, et cum populis lingua etiam ingenti numero vocabulorum Græcorum pervasa est.

Tandem increscente magno seculo foundationis Christianismi, quæ, et hoc etiam memorandum est, in regionibus populorum Syriaca lingua loquentium locum habuit, tunc res nova magni momenti quoad Syriacam litteraturam visa est, nempe linguam Babylonicam quæ præteritis seculis, ut nuper vidimus, prædominans erat et classica maximamque partem populorum Syrorum complectebatur, ex quasi improvisu de mundo evanescere et locum cedere dialecto hodie vulgatæ quæ litteralis dicitur, seu quod accuratius est, in hanc novam dialectum ubicumque transformari, præter Babyloniæ et Palæstinæ et partem Syriæ Occidentalem, in quibus illa antiqua dialectus fere semper eadem mansit.

Hoc quidem alterum certissimum est primo ex eo quod omnes libri Aramaici illo et posterioribus seculis apud Judæos et in Palæstina conscripti, hanc linguam portant. Secundo ex Aramaicis vocibus quæ in Novi Testamenti (in quo narrantur gesta quæ in Palæstina potissimum locum habuere) textu Græco occurrunt litteris Græcis; etenim hæ voces juxta dialectum prædictam leguntur, non juxta dialectum dictam litteralem, ut patet ex sequenti tabella in qua omnes voces Aramaicæ in N. Test. Græcis litteris occurrentes litteris Latinis et Syriacis expressæ sunt, adjecta cuique voci ejus respondente in Syriaco litterali utrisque litteris ut supra.

I - Matth. 27, 46: « *Eli, eli, lima s<sup>a</sup>abaqtâni* »  
**ܐܠܝ ܐܠܝ ܠܝܡܐ ܣܒܩܬܢܝ** (1). At juxta litt. « *El, el, lmana*

(1) Cum lingua Syriaca litteralis non habeat signa ad vocales breves indicandas utpote que eas non habeat, concti sumus. In his vocibus Chaldaicis transcribendis per signa vocalium clausurarum vocales breves dialecti Chaldaici seu Babylonicæ describere.

*s'abaqtan* » ܦܘܠܩܘܢܐ ܕܥܒܪܗܡ.

II – Marc. 15, 34: « *Elôhi, elôhi*, etc. » ܐܠܘܗܝܐ ܐܠܘܗܝܐ.  
At litt. « *Alâh, âlâh*, etc. » ܐܠܗܐ ܐܠܗܐ.

III – Marc. 5, 41: « *T'alith'a qumi* » ܩܘܡܝ ܩܘܡܝܐ.  
At litt. « *T'lit'ha qum* » ܩܘܡܝܐ ܩܘܡܝܐ. Similis est locus  
Act. 9, 36 ubi « *T'abit'ha* » ܩܘܡܝܐ. At litt. « *T'bit'ha* »  
ܩܘܡܝܐ.

IV – Marc 7, 34: « *Effat'ah'* » ܦܘܠܩܘܢܐ. At litt.  
« *Et'pat'h'h'* » ܦܘܠܩܘܢܐ.

V – Act. 1, 19: « *Il'haqeldama* » ܩܘܡܝܐ ܩܘܡܝܐ. At litt.  
« *Il'qeldma* » ܩܘܡܝܐ ܩܘܡܝܐ.

VI – I Cor. 16, 22: « *Mârân â'tha* » ܩܘܡܝܐ ܩܘܡܝܐ. At  
litt. « *Mârân el'ha* » ܩܘܡܝܐ ܩܘܡܝܐ.

VII – Marc. 14, 36; Rom. 8, 15; Galat. 4, 6 vox pa-  
ter est « *Abba* » ܩܘܡܝܐ, cum in litt. dicitur « *Ava* » ܩܘܡܝܐ.

VIII – Marc. 3, 17: « *Benairegh'es'h'* » ܩܘܡܝܐ ܩܘܡܝܐ.  
At litt. « *Bnain'em* » ܩܘܡܝܐ ܩܘܡܝܐ.

Hi sunt notabiliores N. Testamenti loci in quibus  
phrases aut voces Aramaicae litteris Graecis allegatae sunt,  
et quae omnes in textu originali juxta dialectum Babylo-  
nicam dictam Chaldaicam citatae sunt, non juxta hodie-  
nam linguam Syriacam.

Est igitur certum linguam Syriacam Christi aetate  
eodem ratione se habuisse in Palaestina ac ea fuerat  
tempore quo Judaei ex captivitate Babylonica reversi sunt.  
Non tamen sine aliqua varietate. Nam in Galilæa diallec-  
tus erat aliquantulum diversa a dialecto Judææ, teste  
N. Testamento. Vid. Matth. 26, 71 et 73; Marc. 14, 70. Idem

testantur Rabbini in Talmudo. Imo Syriaca dialectus Galilææ ita corrupta erat ut litteræ gutturales omnes ut alaf pronunciarentur ad instar Mandaitarum Babylonæ, testibus Rabbiniis prædictis. Ceterum hi Rabbini nō nisi conventionis causa dialectum Assyriæ et Babylonæ a dialecto Palæstinæ distinguunt, illam vocantes Aramaicam hanc Syriacam. - De Mandaitis Babyl. jam satis supra.

Nunc ad primum assertum veniamus idest præter Judæos et Mandaitas (cum Syriæ Occid. incolis) linguam Syriacam exultam, classicam seu ut vulgo dicitur officialem seculo I<sup>o</sup> Christi fuisse ubicumque etiam in Babylonia ceterisque Orientalibus regionibus eam quam nomine litt. distinximus. Omnia documenta id probant. Sufficit præ omni bus insigne testimonium versionis Syriacæ Bibliorum quæ Ps<sup>hitta</sup> dicitur quæ creditur non post finem seculi I<sup>i</sup> aut saltem initium II<sup>i</sup> factam fuisse quæque lingua litterali pura ac simplici conscripta est. Profecto historia non memorat in qua regione hæc celeberrima versio facta fuerit; sed a veritate non alieni erimus si eam in Mesopotamia factam fuisse dicimus (1). Et quod attinet ad Babyloniæ ceterasque Orientales regiones, non est prætereundum primos quos novimus Syriacæ linguæ de qua loquimur, sub Christianismo scriptores, ex illis regionibus quæ illa ætate imperio Persarum subjectæ erant ortos esse, nempe Maram Serapionis (I<sup>o</sup> sec.), Tatianum Assyrium (II<sup>o</sup> sec.), Mani hæreticum famosum (III<sup>o</sup> sec.), Simeonem Barsabbææ, Miletum Susianum, Aphraatem Persam (omnes initio sec. IV<sup>i</sup>), etc. Aliud testimonium etiam habemus in dialecto ipsa Mandaitarum quæ sine dubio seculo I<sup>o</sup> jam

(1) Hæc perantiqua versio nuper Mausili (Mossoul), in Mesopotamia, apud religiosos S. Dominici typis tradita est.

formata erat, quæque quamquam vulgaris videatur esse, atque fere purum Chaldaismum præferat tamen in nonnullis grammaticis punctis dialectum litteralem de qua agimus sequitur.

Sed quando hujusmodi Babylonice dialecti transformatio in eam quæ litteralis dicitur, definitive facta est? Ubi incæpit? Quæ civitas ut puri hujus sermonis norma habebatur illa prima ætate? Hæc omnia nobis omnino ignota sunt. Unum tantum scimus hanc dialectum ab illa ætate consideratam semper fuisse ut linguam classicam in toto Oriente excepta Palæstina ut diximus, eamque simpliciter Syriacam seu Aramaicam vocari cœpisse. Imo ad ipsos Judæos causa quæ prædictam transformationem in lingua Syriaca produxit, pedetentim pervenit; videmus enim linguam Aramaicam qua Judæorum libri a seculo I<sup>o</sup> Christi et deinceps compositi sunt, quamquam in substantia sit illa quam Chaldaicam dicimus, colorem tamen non levem dialecti hujus litteralis præferre. Targum Proverbiorum, quod sec. III<sup>o</sup> post Chr. elaboratum esse creditur, principalem in hac re habet locum. Perperam autem nonnulli asseruerunt dialectum litteralem de qua agimus, nonnisi apud Christianos olim usitatam fuisse; Ethnici enim etiam hac lingua scribebant; hac lingua usus est Thabit ibu Qurra famosus paganus ex urbe Harran in conscribendis suis operibus quæ Barhebræus refert se legisse. Alii noscuntur scriptores Syri pagani huic posteriores vel anteriores, quorum nomina vide apud Assem. *De Syris Monophysitis* pag. 204. Inter libros Syriacos non Christianos dialecto nostra litterali scriptos memorandus est imprimis celeberrimus liber de *Agricultura Nabatæa*, cujus auctor Qutami est incertæ ætatis (forsitan ante Christianismi apparitionem),

cujnsque Syriacus textus deperditus est, cujus tamen supervixit Arabica versio facta a Ibn Wah<sup>h</sup>shiya Chaldaeo anno 904 æræ Christ. ( Vid. Renan *Hist. des Lang. Sèmit.* pag. 244 ). Errarunt igitur qui autumarunt dialectum Syriacam dictam litteralem esse origine prototypum linguæ Aramaicæ, eamque in Mesopotamia ortum habuisse, atque inde per Christianismum in ceteras regiones propagatam fuisse. Denique insigne argumentum nobis exhibet ipsa lingua litteralis eam dialecto Chaldaicæ posteriorem esse atque ex ipsa natam fuisse, hoc autem argumentum consistit in vocibus Syriacis compositis quarum ratio perditâ est in lingua Syriaca litterali, extat tamen in Chald., ut v. g. **ܕܒܟ** in **ܕܒܟܐ** etc.; **ܥܦ** in **ܥܦܐ**, **ܕܒܟܐ** in **ܕܒܟܐܐ**, **ܕܒܟܐ** in **ܕܒܟܐܐܐ**, etc.

Hujus linguæ Syriacæ quæ hodie Syris Christianis sola est litteralis, aggressi sumus regulas grammaticales in hoc libro tradere, utpote quæ inde a I<sup>o</sup> Chr. seculo eadem omnino mansit usque ad hunc diem sine ulla mutatione.

Vicissitudines autem hujus linguæ ex quo classica evasit quamquam paucæ, haud proëris nobis ignotæ sunt secus ac in præcedentibus ætatibus (1).

Etenim etsi paucissima ex I<sup>o</sup> II<sup>o</sup> et III<sup>o</sup> Christi seculis monumenta Syriaca ad nos pervenerint, tamen seculum IV<sup>o</sup> aperit nobis ætatem auream litteraturæ Syriacæ; in ea enim ex diversis scholis Syriacis Mesopotamiæ et regionum Orientalium, potissimum Babylonica; quarum celebriores erant Seleuciæ quæ locum tenuit

(1) Inter orientalistas recentiores summariam historiam litteraturæ Syriacæ optime tractavit Americæ A. L. Frothingham in opusculo cui titulum fecit « Historical sketch of Syriac literature ».



destructæ Babylonis, Edessæ in Mesopotamia, dein Nisibi itidem in Mesopotamia, aliquando in utraque, ingens numerus litteratorum disciplinis sacris et profanis instructi prodierunt. Harum scholarum celebritas fere ut famosissimæ quondam scholæ Alexandrinæ, ad remotissimas regiones volavit, ita ut Roma ipsa quodammodo eis invideret (1). In his, inquam, aliisque semper Mesopotamiæ, aut Assyriæ vel Babyloicæ scholis formabantur juvenes Syri, ex quibus postea emicuerunt præstantissimi doctissimique scriptores qui linguæ Syriacæ culturam et expolationem ad apicem perduxere, ita quidem ut omnes qui post eos sequentibus ætatibus venere, eorum vestigia quidem sequi debuerint, sed admodum pauci fuerint qui eorum fastigium assequi potuerint. Horum celebriores sunt Bardesanes (Bardaisan), Aphraates Persa, Ephræm Edessenus (celeberrimus omnium scriptorum Syrorum omnium ætatum), Balajus, Cyrillona, Maruthas Maifaractensis (2), Isaac Antiochenus, Narsetes (Narsai), Philoxæus Mabugensis, Rabulas Edessenus, Jacobus Saragensis et alii. Hæc aurea ætas litteraturæ Syriacæ usque ad VIII vel etiam ad IX seculum perduravit, et tunc sensim declinare cœpit usque ad seculum XIII in quo prodiit verum portentum litteraturæ Syriacæ, Barhebræus, inquam, vulgo Abulfarag<sup>d</sup> Maphrianus Jacobita, per quem sol litterarum Syriacarum jamdudum fere eclipsim passus totum suum splendorem renascens emisit et quo extincto usque ad hunc diem miserandum in modum occidit.

Nunc quid præteritis scenis factum sit ad linguam

(1) Vide Assem. De Syris Nestorianis pag. 927.

(2) Illustrissimus Assemani in sua Bibl. Orient. perperam hunc Marutham Maifaractensem qui orthodoxus erat, cum altero Marutha Tagritensi qui monophysita erat, confundit, cum inter utrumque spatium integri seculi intercedat.

Syriacam expoliendam certisque regulis stabiliendam, breviter sermone perstringamus. — Profecto in ipsa ætate aurea de qua supra, nescimus elucubrations philologicas editas fuisse apud Syros, (quod non satis mirandum) videlicet libros grammaticos aut lexica; tirones in linguæ Syriacæ disciplinis orali traditione et assidua librorum classicorum tractatione instruebantur ut Romæ et Athenis olim fiebat. Primus, quem historia refert opus grammaticum conscribere suscepisse apud Syros, est Josephus Alhwazita cognomento *H<sup>h</sup>azzajâ* (ܙܘܿܝܿܬܐ), qui prima seculi VI medietate apud Syros Orientales seu potius apud Nestorianos, (uam incertum est in illa ætate extitisse distinctionem litterariam inter Nestorianos et Jacobitas), claruit in schola Edessena ubi magisterio perfunctus est. Post plus quam seculum integrum studiis philologicis linguæ Syriacæ innotuit apud Jacobitas illustris Jacobus Edessenus, idest episcopus Edessæ, cujus scripta omnigenæ doctrinæ et præsertim quæ ad litteraturam Syriacam spectant, sunt magni pretii, et per multa secula ut sola norma habita sunt ab utraque schola, Orientalium scilicet et Occidentalium. Obiit anno 708. Plures post hos duos viros tum inter Orientales tum inter Occidentales de re grammatica tractanda operam navarunt, et inter Orientales quidem commemorandi sunt *Is<sup>h</sup>ô -Dnah* sec. VIII, *Hunaiu* medicus sec. IX, *Elias I'* patriarcha dictus *Tirhanensis* qui innotuit initio sec. XI, *Elias Bar-S<sup>h</sup>ini* episcopus *Nisibenus* sec. XI, *David Bar Paulos* cujus ætas incerta est, *Joannes Bar-Zubi* sec. XIII qui quotquot ipsum præcesserunt superavit, quique de regulis grammaticæ diffuse et distincte egit, quum omnes tractatus grammatici ante illum compositi nonnisi aliquas et quidem paucas quæstiones complecterentur,

Inter Occidentales vero celeberrimus fuit sec. XIII ineunte Jacobus Bartellensis notus sub nomine Severi, qui scripsit breves tractatus de nonnullis quæstionibus quæ grammaticam spectant.

Ille autem qui omnes quotquot ante vel post ipsum floruerunt, grammaticos Syros longe superavit, est Gregorius Barhebræus cognomento Abulfārag<sup>1</sup> celeberrimus Mafrianus Jacobitarum, qui claruit seculo decimo tertio. Hic diversas elucubraciones de rebus grammaticis scripsit, quarum præcipuæ sunt: grammatica brevior rythmica cui titulum fecit **مَكَاكِم** (*limen*) et altera fusior soluta oratione composita cui nomen dedit **رُضَا** (*splendores*); quæ duæ grammaticæ sunt præcipua auctoritatis documenta in re grammaticali nostris temporibus, quippe in quibus nullam fere quæstionem grammaticam spectantem auctor præterit, et ex quibus perspicuum fit quam optime linguam Syriacam calleret ac in ejus litteris versatissimus esset. Barhebræus tamen quamvis summam meretur laudem, censurandus merito est aliquali ratione eo quod ( ut fere omnes qui cum præcesserunt ) in exponendis grammaticæ præceptis methodum logicam non secutus sit neque semper attigerit fundamentum philologicum cui illa innituntur, et proinde nesciverit principia generalia regularum grammaticarum deducere; præterea quamvis doctrinæ copia incomparabilis vere fuerit, non habebat tamen plenam cognitionem status primitivi linguæ Syriacæ antequam ad formam quam ipse vidit, pervenerit (1).

(1) Mirum sane est neminem ex grammaticis Syris gentilibus grammaticam Syriacam respexisse et de ipsa tractasse ea ratione quam linguæ Syriacæ indoles naturalis exposcit, utpote qui fere in omnibus seculis sunt grammaticos linguæ Græcæ cujus intima constitutio longo distat a constructione linguæ Syriacæ. Ideo neminem vides ex grammaticis Syris qui doctrinam de radicibus nominum et verborum bene statuerit, qui discrimen inter verba simplicia et aucta exacte tractaverit,

Post Barhebraei aetatem nulla elucubratio alicujus momenti de re grammatica apud Syros apparuit, donec tribus seculis quæ nostrum præcessere, i. e. XVI, XVII et XVIII exorti sint inter Syros Occidentales Maronitas plurimi egregii auctores, Syriaci sermonis peritissimi, qui elucubraciones varias de institutione linguæ Syriacæ ediderunt, inter quos eminent Georgius Amira qui latine suam notam grammaticam Syriacam publicavit, Isaac Sciadrensis, Josus Aquirensis, Abraham Haqelanus seu Ecchellensis aliique. Prætermittimus opera quæ linguis Europæis divulgata sunt posterioribus temporibus in Europa de institutionibus linguæ Syriacæ (1).

Quamvis post tot tamque prestantes viros ego veniam, visum tamen est mihi ex eorum locupletissimis thesauris quædam colligere, et in gratiam hujus linguæ in Europa amantium præsens Compendium proferre, quod fieri quantum potuit, ut esset absolutum conatus sum, ita ut

---

qui linguæ Syriacæ Grammaticam per comparationem cum lingua Arabica, ipsi non ignota, illustraverit, etc. In hoc Hebraei palmam tulerunt. Eorum enim grammatici inde ab initio (circa seculum IX post Christum) regulas grammaticas Hebraicæ super sana et exacta philologiæ principia quæ ab Arabibus didicerant (et pro quibus summum meritum habent Arabes utpote qui nullo duce præcunte simul ac suæ linguæ regulas grammaticas constituere aggressi sunt, ad plenam perfectionem eam perduxerunt), Arabes, inquam, Hebraei imitati, regulas grammaticas Hebraicæ super exactas philologiæ leges fundaverunt. Barhebraeus quidem in suis grammaticis imitatus est grammaticos Arabes, sed in aliquibus syntaxeos capitulis tantum quæ minoris momenti sunt et quæ nulla indigent Arabum imitatione, neglectis tam claris tanque præcisè partis materialis grammaticæ fundamentis quæ grammatici Arabes tam feliciter posuerunt. Quod autem Syri Christiani grammaticam Syriacam ad normam grammaticæ Græcorum formaverint id non est argumentum decisivum Syros antiores et præsertim sub florentissimis Imperiis Babylonico et Assyriaco nullos habuisse tractatus grammaticos. Nam probabilissimum est, ut supra vidimus, circa initia Christianismi linguam Syriacam de qua ngimus, litteralem esse incepisse, eral ergo quasi nova, et proinde nova indigebat tractatione.


(1) Qui vult eleachum cognoscere omnium elucubratorum grammaticarum de lingua Syriaca in Europa editarum usque ad annum 1860, aleat Zinker (*Bibl. Orient.* tom. II pag. 430 et seq.)

nliis non indigeant libris qui linguæ Syriacæ regulas grammaticales non mediocriter addiscere volunt. Eruditorum tantum Europæorum qui hoc opus pertractare dignabuntur, indulgentiam præstolor, qui multas certe pro iis novas res in eo videbunt, quæ non siæ utilitate erunt, præsertim ad corrigendos errores, ceteroquin excusabiles, hucusque in scholis Europæis cursum habentes. Denique non displicebit, spero, eruditis viris nostri temporis, methodus quam mihi in toto fere opere imposui, ut scilicet regulas grammatices certis ac generalibus principiis, per quantum fieri potuit, fundarem, atque linguam Syriacam litteralem dictam cum ceteris dialectis Syriacis, nec non cum cognatis linguis Semiticis, Hebraica iuquam et præsertim Arabica, constanter compararem.

Scribham Damasci mense Aprili

Anno MDCCCLXXXVI.





# GRAMMATICA ARAMAICA

---

## LIBER PRIMUS

### DE LECTIONE & SCRIPTURA

---

#### CAPUT I

##### DE ALPHABETO SYRIACO

---

#### ARTICULUS I

##### DE GRAMMATICIS DEFINITIONE, DE PARTIBUS ORATIONIS ET DE ALPHABETI SCRIPTIONE

1 - Artem grammaticam Syri grammatici modo Græco vocabulo *ܟܘܢܘܢܐ*, modo Syriaca expressione *ܟܘܢܘܢܐ* castigationem sermonis vocant. Ser- *Orticipia*  
monis vero partes, Græcorum more, octo Syri grammatici recensent, quas tamen cum celeberrimo grammatico Barhebræo (*ܟܘܢܘܢܐ*), more Arabum ad tres tantummodo partes reducere licet, quæ sunt, *nomen, verbum et particula*. Singularum harum partium tractatibus in genere vel in specie, præmittenda nobis sunt quædam de scriptione et de modo legendi apud Syros. Itaque

litteras alphabeticas Syri (ܐܘܢܐ) h.e. *signa* vel *أصوات* h.e. *elementa* dicunt, quæ quidem litteræ alphaticæ apud Syros numero sunt viginti duæ, suntque notissimo apud Arabes ordine sequenti : *ا, ب, ج, د, هـ, و, ز, ح, ط, ي, ك, ل, م, ن, ع, ف, ق, ر, ش, ت*, Figurarum autem alphabeticarum seu characterum in usu vigentes apud Syros tres hodie noseantur species, uti dictum est in Prolegomenis, scilicet: Alphabetum Strangelum, alphabetam Orientale proprium Nestorianis et vulgo dictum Chaldaicum, et alphabetum Occidentale adhibitum a Jacobitis, a Maronitis atque a Syris catholicis patriarchatus Antiocheni. Hæc autem tria alphabeta sibi invicem similia sunt, ut liquet ex sequenti tabella :

## TABELLA SCRIPTURÆ SYRIACÆ

ALPHAB. STRANG.	ALPHAB. ORIENT.	ALPHAB. OCCIDENT.	NOMINA (1) LITTERARUM	VALOR
ܐ	Ⲁ	Ⲁ	ܐܘܢܐ Alaf	A
ܒ	Ⲃ	Ⲃ	ܒܝܬ Beth <sup>h</sup>	B, V
ܓ	Ⲅ	Ⲅ	ܓܡܠ Gâmal	G, G <sup>h</sup>
ܕ	Ⲇ	Ⲇ	ܕܠܬ Dâlat <sup>h</sup> (1)	D, D <sup>h</sup>
ܗ	Ⲉ	Ⲉ	ܗܝ He	H
ܘ	Ⲋ	Ⲋ	ܘܘܘ Waw	U, W
ܙ	Ⲍ	Ⲍ	ܙܝܢ Zain	Z

(1) Nomina hic scripsimus litteris Latinis ut ea efferunt Orientales, nomina autem litteris Syriacis scripta pronuntiationem Occidentalium representant.

(2) Nonnulli ex Occidentalibus pronuntiant *ܕܠܬ*.



ALPHAB. STRANG.	ALPHAB. ORIENT.	ALPHAB. OCCIDENT.	NOMINA LITTERARUM	VALOR
Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ H <sup>h</sup> eth	H <sup>H</sup>
Ⲃ	Ⲃ	Ⲃ	Ⲃ T <sup>t</sup> et <sup>h</sup>	T <sup>T</sup>
Ⲅ	Ⲅ	Ⲅ	Ⲅ Jod <sup>h</sup>	I, J
Ⲇ	Ⲇ	Ⲇ	Ⲇ Caf	C, K <sup>h</sup>
Ⲉ	Ⲉ	Ⲉ	Ⲉ Lâmad <sup>h</sup>	L
Ⲋ	Ⲋ	Ⲋ	Ⲋ Mîm	M
Ⲍ	Ⲍ	Ⲍ	Ⲍ Nûn	N
Ⲏ	Ⲏ	Ⲏ	Ⲏ Semcal <sup>h</sup>	S
Ⲑ	Ⲑ	Ⲑ	Ⲑ E	·
Ⲓ	Ⲓ	Ⲓ	Ⲓ Pè	P, F
Ⲕ	Ⲕ	Ⲕ	Ⲕ S <sup>s</sup> ad <sup>h</sup> e	S <sup>s</sup>
Ⲗ	Ⲗ	Ⲗ	Ⲗ Qôf	Q
Ⲙ	Ⲙ	Ⲙ	Ⲙ Rès <sup>h</sup>	R
Ⲛ	Ⲛ	Ⲛ	Ⲛ Sh <sup>h</sup> in	S <sup>h</sup>
Ⲝ	Ⲝ	Ⲝ	Ⲝ Taw	T, T <sup>h</sup>

Nota 1. Ea nomina litterarum alphabeti prout ea a Syris Occidentalibus pronunciantur: Olaf, Bêt<sup>h</sup>, Gômal, Dôlat<sup>h</sup>, Hè, Wâw, Zain, H<sup>h</sup>eth<sup>h</sup>, T<sup>t</sup>et<sup>h</sup>, Iûd<sup>h</sup>, Côf, Lôm<sup>h</sup>ad<sup>h</sup>,



II

FIG. ORIENT.	FIG. OCCIO.	FIG. ORIENT.	FIG. OCCID.	FIG. ORIENT.	FIG. OCCIO.
Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ
Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ
Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ
Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ
Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ
Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ
Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ
Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ
Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ
Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ	Ⲁ

ARTICULUS II

DE LINGUÆ SYRIACÆ PRONUNCIATIONE

PRÆMISSA

3—Ut melius ea quæ de litterarum Syriacarum pronunciatione dicturi sumus intelligantur, juvat nonnulla de vocalibus Syriacis breviter præmittere.

Igitur omnis littera, i. e. consonans, (et sic semper intelligendum quotiescumque littera simpliciter dicitur), in lingua Syriaca, sicut in ceteris linguis Semiticis est aut mobilis, aut quiescens. Mobilis est littera ea quam juxta notiones grammaticales Europæorum vocalis sequitur in eadem syllaba, seu quæ juxta notiones grammaticas Semiticæ aliqua vocali in pronunciatione movetur, orthographice autem cui in scriptura aliquod signum vocalis apponitur. Vocales autem præcipuæ apud Syros Occidentales quinque sunt, A, E, I, O, U, quarum signa ex sequentibus exemplis intelliges. Igitur litteræ Ⲁ, Ⲁ, Ⲁ, Ⲁ, mobiles sunt in his exemplis: Ⲁ ba, Ⲁ me, Ⲁ di, Ⲁ no, Ⲁ su. Syrorum autem Orientalium vocales

septem sunt, et ex sequentibus exemplis noscuntur: **בּ** *ba* cum duplicatione litteræ sequentis, **בּבּ** *ba* cum productione vocalis, **בֵּ** *be* cum duplicatione, **בִּבִּ** *bi* cum productione, **בֵּבֵ** *be* cum productione, **בּוּ** *bu*, **בּוֹ** *bo*.

Littera autem quiescens est ea quam juxta notiones grammatices Europææ altera consonans sequitur aut quæ syllabam claudit, vel quæ juxta notiones grammatices Semiticæ nulla movetur vocali, ut **פִּיִּ** *priq* ubi litteræ *pe* et *qof* quiescentes sunt, **סִלְאֵר** *sl'ar* ubi *semcal<sup>h</sup>* et *rés<sup>h</sup>* quiescentes sunt, et **אַמְסַרְתִּי** *amsart* ubi *mim*, *rés<sup>h</sup>* et *taw* quiescentes sunt.

His præmissis veniamus nunc ad litterarum Syriacarum pronuntiatiouem.

Nota. In toto hoc capite, exempla Syriaca a nobis allata, litteris Romanis expressa sunt juxta systema pronuntiatiouis Syrorum Occidentalium, quia magis expeditum et notorium in Europa est. Omnes tamen regulæ quas exponemus, applicabiles etiam sunt systemati Orientalium, servatis servandis, ut postea explicabimus, nisi expresse exceptionem faciamus.




### PUNCTUM I

#### DE PRONUNCIATIONE ET LECTURA LITTERARUM ALAF, WAW ET JOD<sup>h</sup>

De vera ratione pronuntiandi litteras alphabeti Syriaci actari, eas in tria puncta dividemus, quorum primum de litteris infirmis, secundum de litteris duplicis sui, tertium de ceteris litteris alphabeti. Quod autem maxime in hoc capite de litterarum Syriacarum pronuntiatiouem advertendum est, doctrinam in eo contentam comprehendere omnes linguas Semiticas destinataque

esse ad corrigendos multos pronuniationis errores vigentes hodie apud omnes fere Judæos Europæ qui per tam diurnam cum populis Europæis commixtionem genuinas multarum litterarum Hebraicarum articulationes amiserunt. Unde excusabiles habemus grammaticos Europæos qui a solis Judæis Europæ audientes sonos litterarum Semiticarum, cum doctrina de earum pronuniatione tradere aggrediuntur, falsa veris miscent, inter quos doctus Fischeber *Lexici Rabbin. Buxtorfi* novissimus editor et commentator sub littera *vain* multa de alphabeto Semitico congressit a veritate aliena. — Igitur incipiamus a litteris infirmis:


4—Apud Europæos, vocales sine quibus consonantes offerri nequeunt, scribuntur eodem ordine ac consonantes, unde scriptione nullum est discrimen inter vocales et consonantes.


















Verum Syri consonantes solas scribunt; cum autem vocales volunt indicare, quosdam apices aut puncta ipsis consonantibus signant. Attamen, in ipso alphabeto tres sunt figuræ quæ vel a tempore inventionis alphabeti pro vocalibus inservierunt; sunt autem  *alaf*  *waw* et  *jod*<sup>n</sup>, quæ et vocantur *litteræ infirmæ*.

Hæ tres litteræ sunt modo vocales seu exactius adjutoria vocalium, modo sunt consonantes, et pro hac altera conditione potissimum inventor alphabeti videtur eas posuisse. Age, de singulis loquamur.


5 — *Alaf* consonans est littera gutturalis quam Arabum grammatici hamzam appellant, quæque in omnibus mundi linguis exstat, saltem initio vocis aut syllabæ a vocali incipientis verbi, gr. ut *in*, *aut*, *extra*, quamquam soli Arabum et partim Græcorum litterati eam perceperint, eique signum adscripserint, illi quidem

notissimam figuram (aia) (1) parvæ truncatæ (ε) hi autem notum spiritum tenuem. Apud Syros autem character

 est per se figura hujus litteræ quæ est vera consonans gutturalis; imo, quod vere mirum est, distinctionem quam Arabum grammatici ab ipso principio temporis quo linguam suam excolere cœperunt, inter hamzam et alaf vocalem perceperunt, Syrorum litterati nullo modo senserunt (2).


5<sup>II</sup>-Igitur quotiescumque alaf venit mobilis in initio vocis aut post litteram mobilem in medio vocis, consonans est, nullumque senum vocalem habet, sed sonum refert vocalis qua movetur, ut  *am*,  *em*,  *om*,  *im*,  *um*. Cum autem alaf post quiescentem litteram in medio vocis movetur, eodem modo pronounciari debet, et sic Orientales revera pronounciant, ut  *shiel*,  *neshal*,  *li*,  *tamo* (3),  *pe*,  *colho*, at hodie dum multi Occidentales male in hoc casu voces pronounciant, cum eliminant spiritum tenuem et pronounciant *shel*, *neshal*, *li*, *tamo* (3), *pe*, *colho*, quasi essent scripta  *shel*,  *neshal*,  *li*,  *tamo*,  *pe*,  *colho*.

6 - Alaf autem ut hamza cum quiescit, mutatur in lingua Syriaca, saltem hodie, in vocalem longam respondentem vocali qua movetur littera præcedens, idest

(1) Quamquam XVI<sup>m</sup> litteræ alphabeti nomen apud Syros sit , tamen in toto hoc opere maluius illi nomen tam Hebraicum et Arabicum dare claritatis causa.

(2) Ipsi philologi Europæi recentiores qui tot progressus in studiis philologicis fecerunt, non videntur adhuc sensisse quod cum quis pronunciat v. g. *ap*, *us*, *it*, *is* ante *a*, *u*, *i*, verum sonum gutturalem emittit, et quod v. g. *can-us* differt in pronuntiatione a *canus*; hoc autem discrimen non est nisi quod in primo casu ante *u* emittitur sonus gutturalis de quo agimus.

(3) Etiam Syri Orientales hodie pronunciant *tamma* quasi esset scripti.

 sine alaf

convertitur in matrem lectionis, ut  $\text{ܫܠܐ}$   $sh'lo$  (pro  $sh'lo$ ) petens f.,  $\text{ܒܝܝܗ}$   $bäja$  (pro  $bäja$ ) consolatus est,  $\text{ܡܝܚܠܘܠܐ}$   $mék'hullo$  (pro  $mék'hullo$ ). Quod si post talem hamzam occurrit littera quiescens, tunc vocalis longa litteræ præcedentis evadit clausa, ex. gr.  $\text{ܡܝܚܠܘܠܐ}$   $mék'helo$  pro  $mék'helo$ ).

6.<sup>n</sup> – E contra Alaf ioitiale veniens post consonantem quiescentem alterius vocis, transfert in pronunciatione suam vocalem ad consonantem præcedentem, et tunc hoc alaf silet, ut  $\text{ܐܡܝܢܐ}$   $am'in$  si est in terra, quod legitur: *Enith baro*, pro *Enith baro*. Idem evenit si alaf initio vocis subintelligitur, ut  $\text{ܐܝܢܐ}$   $ain$  proficiscere possidere pro  $\text{ܐܝܢܐ}$   $ain$  quod legendum: *zélirath* pro *zélirath*.

7 – Atque hæc de alaf consonanti. Waw autem ut consonans sonat ut *co* Angelorum in *Watch*, vel *u* Italianum in *uopo*, nunquam ut *v* Europæorum, etsi Judæi qui in Europa degunt hanc litteram corrumpunt eam pronuncians ut *v*, sicut multas alias alphabeti Semitici litteras corrumpunt. Waw omnes vocales potest accipere, ut  $\text{ܘܐܪ}$   $war$ ,  $\text{ܘܐܘܐ}$   $we$ ,  $\text{ܘܐܘܝܐ}$   $woj$ , etc. De waw consonanti quiescenti videbimus infra.

Denique jod<sup>h</sup> ut consonans sonat ut *y* Angolorum in *yard*, *j* Italicorum in *jeri*, Francorum in *yougada*, *yeux*, *payer*; (l) omnes pariter vocales accipit, ut  $\text{ܝܐܕܐ}$   $jad$ ,  $\text{ܝܐܘܐ}$

(1) Mirum sane est grammaticos Gallos post tantum lumen quod dieluis nostris scientia philologica diffusant, adhuc ignorare *y* in *yeux*, *payer* et similibus, atque *l* mouillé in *tailler*, *fille*, (saltem secundum novissimam pronunciationem) denique *y* per molathesin in *agneaux* esse omnia unam eandemque consonantem et quidem veram consonantem respondentem  $\text{ܝܐܝܢܐ}$  jod<sup>h</sup> Semitico consonanti. Al nonne sunt Galli qui contra suæ linguæ orthographicæ regulas scribunt *symétric* cum uno *m*, *annuler* cum uno *l*, *enthousiasme* cum *ou*, *corréligionnaire* cum uno *r*, etc.?

jus, <sup>ج</sup> joj, etc. De jod<sup>h</sup> consonanti quiescenti videbimus infra.

8- Quod autem maxime observandum est, bas tres litteras, i. e. alaf, waw et jod<sup>h</sup> sæpe orthographice iater invicem permatar. Etenim :

1- Alaf scribitur pro waw mobili ante aliad waw quiesceas seu functionem vocalis gerens, ut <sup>و</sup> vocarunt nos, <sup>و</sup> extraxerunt te, l. qrawin, s<sup>h</sup>lawak<sup>h</sup>.

2- Pariter alaf scribitur pro jod<sup>h</sup> cam illad sequitar aliad jod<sup>h</sup>, ut <sup>و</sup> venite s., <sup>و</sup> dirige s. me, l. tojen, hadojin, non to'en, hado'en. Quæ regala absoluta est pro waw vel jod<sup>h</sup> mobili post alaf, ut <sup>ו</sup> Saul, <sup>ו</sup> Cain, l. s<sup>h</sup>swil et qojen.

3- Eadem ratione alaf proaunciatar, ut jod<sup>h</sup> si præcedit vocalis analoga TΩ jod<sup>h</sup> i. e. I, ut <sup>ו</sup> jucundus, <sup>ו</sup> multi, l. hantjo, sagijn. Sed si waw post vocalem analogam i. e. U venit, noa scribitur alaf sed waw, ut <sup>ו</sup> materia, l. mliwa.

4- Denique alaf ut jod<sup>h</sup> pronunciant Occidentales quotiescamque mobilis est ante vocalem zqafam (O), ut <sup>ו</sup> solemniter descendens, <sup>ו</sup> aer, <sup>ו</sup> surgens, l. zójah<sup>h</sup>, ojar, qojen. In voce autem <sup>ו</sup> consalatio et similibus alaf sine jod<sup>h</sup> effertur bñjô'o, sant tamen qui legunt bñjôjo. Quod si alaf mobile alia vocalis præcedit præter O, tanc et ipsi Occidentales ut hamzam pronunciant, ut <sup>ו</sup> interrogavit, <sup>ו</sup> aera, l. s<sup>h</sup>adl, a'erás. Denique Occidentales alaf in <sup>ו</sup> cucurbita ut 'ain effertur, l. qar'o.



5-E contra proprium est Orientalium quod ii jod<sup>h</sup> mobile post litteram mobilem io alaf pronunciatione convertant, ut **ܘܒܝܬܐ** (pro **ܘܒܝܬܐ**) *vita*, **ܘܒܝܬܐ** *principio*, **ܘܒܝܬܐ**, *sine*, ubi minusculum alaf super jod<sup>h</sup> scriptum observa; lege igitur *h<sup>h</sup>á'at<sup>h</sup>*, *qad<sup>h</sup>má'at<sup>h</sup>*, *h<sup>h</sup>rá'at<sup>h</sup>*.

9 - Atque hæc satis de alaf, waw et jod<sup>h</sup> mobilibus. Nunc de his litteris quatenus quiescentes sunt. Itaque alaf, waw et jod<sup>h</sup> quatenus quiescentes, orthographice et lectione eadem ratione se habent ac quatenus sunt sigaa seu adjutoria vocalium ut supra diximus, quamquam grammaticè inter se differant. In vocibus enim ex. gr. **ܘܒܝܬܐ** *imdet*, **ܘܒܝܬܐ** *figura* et **ܘܒܝܬܐ** *judicium*, in quibus alaf (primum), waw et jod<sup>h</sup> sunt consonantes quiescentes, hæc litteræ eodem modo scribuntur et leguntur ac in vocibus **ܘܒܝܬܐ** *palitur s.*, **ܘܒܝܬܐ** *primogenitus*, et **ܘܒܝܬܐ** *innocens*, in quibus alaf (primum), waw et jod<sup>h</sup> sunt redundantia idest adjutoria vocalium. Sæpe enim Syri has tres litteras pro vocalibus seu cum vocalibus scribunt, ut videbimus suo loco, et tuoc eas grammatici Europæi vocant matres lectionis. Alaf enim scribitur eum vocali zqafa quam Orientales A, Occidentales O pronunciant, ut **ܘܒܝܬܐ** (*móno*) seu **ܘܒܝܬܐ** (*mána*) *vas*; aut cum f<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a idest A clauso, ut **ܘܒܝܬܐ** (*l'áma*) *sædavit*; aut eum zlama idest E ut **ܘܒܝܬܐ** (*géro*) *telum*; aut h<sup>h</sup>vas<sup>a</sup> idest I et hoc apud Occidentales tantum, ut **ܘܒܝܬܐ** (*simo*) *argentum*. Waw scribitur tantum et semper eum O Orientalium et U utrorumque, ut **ܘܒܝܬܐ** (*s<sup>h</sup>l<sup>h</sup>ta*) *oratio ad Deum*, **ܘܒܝܬܐ** (*s<sup>h</sup>úra*) *murus*. Denique jod<sup>h</sup> præcipue eum I scribitur, ut **ܘܒܝܬܐ** (*pris<sup>h</sup>*) *distinctus*; vel eum E, ut

ܠܗܝܢ (hólén) isti.

Unde hæc regula generalis et absoluta fluit: Quotiescumque alaf aut waw aut jod<sup>h</sup> quiescens est post vocalem illi analogam ut nunc exposuimus, tunc illud silet et non nisi vocalis quæ illud præcedit effertur.

## PUNCTUM II

DE PRONUNCIATIONE CETERARUM LITTERARUM,

EXCEPTIS ܚܘܚܘܚ

10-ܦ Hæc littera pronunciat ut *h* Anglicum in *hat*, vel *h* Germanicum in *haben*. Ea est mera consonans sed quodam modo naturam vocalis sentit in lingua Syriaca, cum in pronuniatione nunquam cadat ut diximus supra de alaf, hoc autem potissimum evenit in pronomibus personalibus agentis, ut ܘܚܘܚܘܚ *vicius est*, l. *hâja*, pro *hâj-hu*, nec non patientis seu accusativi, ut ܘܚܘܚܘܚ *amo illum*, l. *erh'miw* pro *erh'miwhi*, ܘܚܘܚܘܚ *manus ejus*, l. *id'hw*. Item in verbo ܘܚܘܚ ut videbitur suo loco.

9 Z. Cave ne hanc litteram efferas ut duplicem ad instar Itolorum aut Germanorum, sed semper dulcem, ut ajunt, pronuncia eo sono quo Galli dicunt *zèle*.

ܠ H<sup>ii</sup>. Huac sonum similem *he* fortissime aspirato nulla lingua non Semitica habet, adultique non Semitici eam maxima difficultate efferunt, vel potius nunquam efferre possunt. Imo inter Syros ipsos Assyrii eam in X Græcum convertunt, Samaritani, Galilæi et Mandaitæ ut *he* vel ut hamzam pronunciabant.

ܬ T<sup>i</sup>. Et hanc litteram quæ est amplificatio seu exaggeratio litteræ T, nulla lingua Europæa habet. Melius est eam ab ore magistri discere sicut ceteras litteras

populis Semiticis proprias .

↳ L. Hæc littera est simplex L Europæam. Cum autem organum humanum duplex L emittere possit, alterum *tenuè* quod est ordinarium et in omnibus fere mundi linguis exstat, alterum *exaggeratum*, quod in aliquibus linguis nonnunquam invenitur, ex. gr. in voce Anglica *all*, in Italico *bolla*, in Arabico <sup>ا</sup> ( *Deus* ), Syri hoc L exaggeratum nesciant nisi Occidentales tantum et quidem in uno nomine, quod est <sup>ا</sup> *Deus*, quod pronunciant *Alôho* cum exaggeratione seu amplificatione litteræ L. Eodem modo derivata pronunciantur, ut <sup>ا</sup> *divinitus*, non autem nomen plurale <sup>ا</sup> *dii* quod tenuiter pronunciat. Syri Or. hanc exaggerationem ignorantes, nonnisi pronunciationem tenuem habent.

↳ Judæi Europæ videntur veram articulationem hujus litteræ amisisse, cum in grammaticis Hebraicis in Europa editis fere semper videamus hujus litteræ sonum figurari per *gn* quod infinite distat a veritate. Nam verus hujus litteræ sonus est hamza fortissime aspirata. Eam præter linguas Semiticas nulla in mundo lingua habet, neque recte pronuciari potest nisi a Semitis, eodem modo ac *h*. Negari nequit organa puerorum non Semitarum per educationem ad has duas fortissimas litteras aspiratas facile disponi ut experientia docet; sed mihi erit res semper miranda quod (ut in Prolegomenis dixi) infantes Semitarum facillime et ante omnes ceteras articulationes, exceptis forte labialibus, prædictas duas litteras pronunciant, adulti autem ceterorum populorum tantam difficultatem et quamdam impossibilitatem reperiunt ad eas efferendas. (1) His non obstantibus, inter populos

(1) Persæ, saltem eorum affines Curdi, qui ut notum est, non sunt Semitæ.

ipsius generis Syri sunt qui litteram <sup>ʿ</sup>ain in hamzam convertunt, nempe Assyrii, Mandaitæ, Galilæi et Samaritani. (2) Quod attinet ad linguam Syriacam litteralem, Occidentales euphoniæ causa convertunt <sup>ʿ</sup>ain quiescens in hamzam habentem vocalem E quoties littera *he* sequitur, ut <sup>ʿ</sup>ܠܚܕܗܗ <sup>ܘܗܘܐ</sup> <sup>ܘܗܘܐ</sup> <sup>ܘܗܘܐ</sup>; pronunciant ergo *châdh<sup>h</sup>*, *ê<sup>h</sup>châd<sup>h</sup>*.

**SS.** Hæc littera, una ex iis quas nulla lingua Europæa habet, est S amplificatum seu exaggeratum. Male hanc litteram aliqui Europæi per *ts* aut *tz* describunt. Atque hic liceat nonnulla disserere de litteris seu articulationibus humanæ loquelæ emphaticis seu exaggeratis. Itaque notum est omnes articulationes quas humana organa efferre possunt, optime in quaque classes posse dividi, scilicet labiales, dentales, linguales, palatales et gutturales. Harum omnium classium articulationes possunt exaggerari exceptis palatalibus: *g*, *g<sup>i</sup>* (ܓ), *k*, *q* (ܩ), *c<sup>i</sup>* (*ch* Anglorum) et gutturalibus: *h*, *g<sup>h</sup>*, *k<sup>h</sup>*, *h<sup>h</sup>*, et <sup>ʿ</sup>ain præter hamzam. Ceteræ omnes exaggerantur, scilicet linguales: *l*, *j* (*y* Angl.), *j* (Gallorum), *n*, *r*; dentales: *d*, *d<sup>h</sup>*, *t*, *t<sup>h</sup>*, *z*, *s*, *s<sup>h</sup>*; et labiales: *b*, *v*, *w*, *f*, *p*, *m*, et cum iis una gutturalis hamza. Hæ viginti octo articulationes continent omnes sonos quos organa humana emittere possunt, quibusque si addantur exaggerationes earum articulationum quæ exaggerari, idest cum emphasi pronuciari propter commixtionem cum Semitis, facillime pronunciant litteram <sup>ʿ</sup>ain, imo videntur in sua lingua eam habere.

(2) Nescimus an inter populos qui Hebræica vel Phœnicia lingua olim loquebantur, existeret populus qui litteram *he<sup>h</sup>* vel <sup>ʿ</sup>ain male pronunciret. Quod scimus est quod inter tot milia myriadam qui hodie arabice loquuntur, quamvis sint multi populi qui male efferrunt *t<sup>h</sup>*, *d<sup>h</sup>*, *d<sup>h</sup>h*, *t<sup>h</sup>h*, *q*, nullus est populus qui non recte pronunciet fortissimas litteras gutturales *h<sup>h</sup>* et <sup>ʿ</sup>ain. Imo inter Arabes non desunt populi qui ipsam hamzam convertunt in ain, ex. g. Tamimitæ qui dicebant

ان pro عن

possunt, videlicet novemdecim aliæ articulationes, et cum eis sonus nasalis finalis Francogallorum ut in *don*, numerus omnium articulationum humanarum 47 evadit (1). Nulla lingua humana noscitur has omnes articulationes continere, ne simplices solas quidem. Nescio an aliqua ex linguis Europæis hodiernis habeat articulationes exaggeratas præter *l* de quo supra. Omnium mundi linguarum ditissima in numero articulationum videtur esse Arabica. Habet enim 24 articulationes simplices, et 4 exaggeratas primarias, nempe *t* (ط) exaggerationem TOY *t*; *s* (ص) exagger. TOY *s*; *d<sup>hh</sup>* (ض) exagger. TOY *d<sup>h</sup>* (ذ), et *t<sup>hh</sup>* (ظ) exagger. TOY *t<sup>h</sup>* (ث), præter secundarias exaggeratas ut *j*, *l*, *r*, *m*, *n*, *f*, *w*, *b*, quæ per accideos nonnunquam exaggerantur (2). Lingua Hebraica et Syriaca viginti habent articulationes simplices primarias, et duas exaggeratas *t* et *s*, præter sex alias simplices (حجججج) secundarias, quod reddit numerum articulationum harum duarum linguarum 28. Omnium linguarum cultarum pauperrima in articulationibus videtur esse Græca, habet enim 17 articulationes tantummodo, omnes simplices, excepta forsitan  $\Phi$  quæ mihi videtur fuisse exaggeratio

(1) Sermo est hic, ut patet, de linguis potioribus atque notioribus, nulla habita ratione articulationum quarundam singularium et loquæ humanæ fere extranearum quæ apud nonnullos Indis et aliarum regionum populos existunt. Ceterum novimus unum ex doctis Judæis, R. Saadia qui hanc quæstionem de numero articulationum humanarum attigit, qui tamen eas nonnisi 42 recensuit, computans cum illis septem vocales more Græcorum. (V. Martin *Syriens Orientaux*, etc., pag. 376.) Nempe Saadia consideravit tantum litteras quas ille vidit exstare in linguis quas cognoscebat. Barhebræus etiam in sua grammatica *stembke* (pag. 194, éd. M.) hanc quæstionem de numero humanarum articulationum attigit, sed quoad linguam Syriacam tantum easque 36 esse dixit, cum 29 consonantibus septem vocales recensens. Sed quam infeliciter!

(2) Id evenit cum una ex his litteris occurrit mobilis post litteram exaggeratam, ut *اصلا* *as<sup>l</sup>a*, *رجه* *s<sup>u</sup>ulho*, *عظي* *at<sup>h</sup>mi*, *فوما* *t<sup>h</sup>oso*, in quibus *l*, *v*, *m* et *f*, cum exaggeratione pronunciantur quia post exaggeratas veniunt.

TOY / testibus Latinis, et excepta forsitan etiam II quam puto esse exaggerationem TOY p testibus Syris; hæ enim sunt omnes Græcæ linguæ articulationes: *hamza* seu spiritus tenuis, *he* seu spiritus asper, *b, g, d, z, t', k, l, m, n, p, r, s, t, Φ, X* (*k<sup>h</sup>*). Advertendum est enim numerum articulationum alicujus linguæ non ex numero litterarum seu potius figurarum ejus alphabeti pendere. Denique jam percepit benignus lector (quem enixe oro ut hanc longam digressionem mihi ignoscat) in tota hac discussione nullomodo vocalium haberi rationem, utpote quæ non sunt proprie articulationes sed media quibus articulationes organo humano exprimuntur(1).

Ⲛ Q. Hanc litteram Semitis propriam per η Latinum figuramus non quia certi simus Romanos litteram q ut Ⲛ Semiticum pronunciasse, imo id nobis parum credibile, quamquam negari nequit hanc litteram Latinam alium debuisse habere sonum quam C et K, et nihilominus nescitur quæ sit hujusmodi diversitas, sed quia littera q eundem locum occupat in alphabeto Latino eandemque figuram habet ac littera Ⲛ in alphabeto Syriaco, et quia sic fert hodiernus usus, (2) etsi Latini

(1) Inque lingua Francogallica, ex.gr., habet 21 articulationes: ب حمزة, (b), ك (c, ch, k, q), د (d), ف (f, ph), گ (g), ح (h), ژ (j, g), ل (l), م (m), ن (n), پ (p), ر (r), س (s, c, t), ت (t), ف (v), ز (z, s, x), ي (y, i), و (w, ou), ش (ch, sch), et n nasale Gallis proprium. Anglica autem lingua habet 21 articulationes: ب حمزة, (b), ك (c, k, q, ch), د (d), ذ (th), ث (th), ف (f, ph), گ (g), ج (g, j), ح (h), ژ (s in vision), ل (l), م (m), ن (n), پ (p), ر (r), س (s, c, x), ت (t), ف (v), ز (z, s, x), ي (y), و (w), ش (sh, t, s), چ (ch). Nescio an philologi Francogalli et Angli hoc idem observaverint in suis respectivis linguis.

(2) Loquor de potiore usu; nam in Europa tot sunt fere systemata articulationes Semiticas vel in genere peregrinas per litteras Romanas figurandi quot sunt scriptores.

nuquam sine *u* scripserint litteram *q* nec (pace grammaticorum Gallorum) sine eo illam pronunciaverint ut evidens est. Hæc articulatio Semitis propria (attamen Curdorum, qui non sunt Semitæ, multi populi qui cum Semitis mixti vivunt hanc articulationem durissimam habere videntur) habet sonum diversum a *C*, a *K*<sup>h</sup> et ceteris articulationibus; est media inter palatalem et gutturalem. Mirum est quod hæc articulatio in omnibus populosis civitatibus Syriæ et Ægypti ex lingua Arabica vulgari reperiatur diebus nostris suppressa, illique articulatio hamzæ substituta, quod sæpe loquelam reddit non solum æquivocam sed etiam difficiliorem, ex. gr. in vocibus vulgaribus *قُنُق*, *أَنَق*, *أَنَق* quamquam articulatio hamzæ quæ ut alibi observavimus, in omnibus mundi linguis exstat, multo facilior quam articulatio *q* videatur esse. In aliquibus locis Mesopotamiæ septentrionalis ubi sermo Arabicus vernaculus est, solæ mulieres litteram *q* pronunciant ut hamzam. Denique Syri Orientales hanc litteram *q* quiescentem ut *k* pronunciant si eam una ex tribus his litteris quibus<sup>h</sup>ajatis sequitur, i. e. *ك*, *ج* et *د*, ut *كَهْطِيْن* *præceptum*, *جَهْفِي* *adhasit f.*, *دَهْطِي* *sepeliam*, l. *puedina*, *neepath*, *ecbor*.

ج S<sup>h</sup>. Hanc sibilantem et gratam litteram quam Græci et Latini ignorabant, (nec Hispani hodierni habent) in omnibus fere Europæ linguis hodie exstat, vel ipsis linguis a Latina derivatis, sed mirum est quanta varietate ea per scripturam exprimat. Itali eam per *sci* exprimunt, Galli et Portugalli per *ch*, Angli per *sh*, Germani per *sch*, Bohemi per *sh*, etc.

Quæ hucusque expresso non nominavimus, alphabeti litteræ præter matres lectionis de quibus in Puncto

præced. et litteras duplicis soni de quibus mox, nullam difficultatem pariunt.

### PUNCTUM III



DE LITTERIS DUPLICIS SONI **ܩܘܫܬܐ** NECNON  
RECAPITULATIONE ARTICULATIONUM  
LINGUÆ SYRIACÆ


|| - In lingua Syriaca, sicut in Hebraica, sex exstant litteræ quarum summa hoc vocabulo **ܩܘܫܬܐ** continetur, quarumque unaquæque duplicem habet sonum, alterum durum seu asperum Syriace **ܩܘܫܬܐ** *qus<sup>h</sup>-sh<sup>aj</sup>* dictum; alterum tenuem seu lenem seu ut dicunt grammatici Europæi, aspiratum, syriace **ܩܘܫܬܐ** *ruccâk<sup>h</sup>*. Harum litterarum nomina ab ipsis litteris *qus<sup>h</sup>-sh<sup>aj</sup>* incipiunt, Bê<sup>h</sup>, Gâmal, Dâlat<sup>h</sup>, Câf, Pê, Tâw. Utriusque soni signum est punctum, nigrum, minutum et a littera separatum apud Orientales; rubrum, grande et litteræ adhærens apud Occidentales. In hoc libro ubi verba systemate Occidentalium scripta sunt, pro puncto rubro circillum nigrum adhibuimus ob difficultatem impressionis. *Qus<sup>h</sup>-sh<sup>aj</sup>* i. e. sonus durus habet punctum supra litteram, *ruccâk<sup>h</sup>* sub litteram. De singulis his litteris nonnulla.

Ⲅ B. Hujus litteræ sous durus est *b* simplex lingue Latine ut **ܩܘܫܬܐ**, l. *ban*; sonus lenis est *v* Latinus, ut **ܩܘܫܬܐ** *var*. At hodie tum Orientales, tum Occidentales in pronunciatione hujus litteræ errant, Orientales quidem quia hanc litteram lenem non ut *v* sed ut *w* pronunciant, ut **ܩܘܫܬܐ** *âwa wawra*; Occidentales autem quia unum sonum *b* dant huic litteræ tum leni tum duræ (1).

(1) Etiam Judæi in Mesopotam. et aliis Orientis regionibus non pronunciant



12 - Δ G. Hujus litteræ sonus durus est *g* Europæum in *gallina*, lenis est ut Γ Græcorum recentiorum seu ut Ğ Arabum. Exemplum primi sit  *produxit*, l. *agâr*; exemplum secundi  *merces*, l. *ag<sup>h</sup>ro*. Sonus durus hujus litteræ qui erat linguis Semiticis communis in lingua Arabica mutatus est, extra Ægyptum, in sonum dulciorem, eum scilicet quem habet *g*<sup>i</sup> Italorum in *giro*, *gesso*. Primitivus autem ac genuinus hujus litteræ sonus apud Arabes antiquos est sonus *g* quem habent Syri et Hebræi. Id demonstratur: - 1° Ex eo quod in lingua Arabica nulla vox habet inter litteras radicales

hodie hanc litteram nisi *b*, quamquam in scribendis libris distinguant sonum durum a leni. Judæi autem in Syria (forsitan quia sunt originarii Hispani) pronunciant *waw* quando est conson. ut *v* Latin. quod mirum est. Syri autem Occident. quamquam hodie ubique pronunciant hanc litteram semper duram, attamen antiquitus certissime distinguebant lenem a dura ipso seculo XIII ut patet ex scriptis G. Barhebræi et Severi Jacobi Bartellensis qui paucis annis ante eum decessit. Imo codices Occidentium etiam seculi proxime elapsi hanc distinctionem constantiter portant. Quod autem Syri Occidentales *bet<sup>h</sup>* lenem ut *v* pronunciantur olim non ut *w*, id probatur: - 1° Ex eo quod quidam grammaticus Orientalis scholæ David bar Paulus nomine, testatur Nisibenes l. e. Orientales suo tempore pronunciasse *bet<sup>h</sup>* lenem ut *waw*, ex quo jure concludimus Occidentales non pronunciasse *bet<sup>h</sup>* lenem ut *waw*. - 2° Ex eo quod Barhebræus et ante eum Carcafenus, doctores Occidentales seculi VIII, testantur *bela* Græcorum habere sonum *bet<sup>h</sup>* lenis Syrorum. Alique Græci pronunciant sonum *beta* ut *v* non ut *w*, quod certissimum est de Græcis saltem recentium seculorum. Ergo Syri Occident. hodierni non sonum *w* per *bet<sup>h</sup>* lenem reddiderunt, sed sonum *v*. Nihilominus mirum sane est Barhebræum ne verbum quidem in suis grammaticis dixisse quod ostendat eum improbasse Orientalium pronunciamtionem quoad *bet<sup>h</sup>* lenem. Estne possibile Orientales hanc vitiosam pronunciamtionem post ætatem Barhebræi tenuisse? Non auserim id asserere. Ceterum minime dubito quin eruditus orientalis jam antea viderit confusionem in quam hic tantus vir in sua grandi grammatica ( pag. 212 edit. Martini ) et in parva ( pag. 37 ejusd. ed. ) lapsus est eum comparationem instituit inter litteras Syriacas  *soul* asperi et respondentes litteris alphabeti Græci. Quis enim Barhebræo concedet II Græcum in vocalibus a Syris et Arabicis desumptis expressum esse per *bet<sup>h</sup>*, aut Δ pre *bet<sup>h</sup>*, aut Γ per *qof*? Nisi dicamus Barhebræum voluisse dicere II Græcum sonare ut *bet<sup>h</sup>* Syriacum asperum, T ut *dâlat<sup>h</sup>* asperum, K ut *gamal* asperum, quod non minus inæcurate est dictum.

simul *g* (ج) et *q* (ق), quod non explicatur nisi admittatur quod sonus ج accedebat ad sonum ق idest pronunciabatur ut *g* non ut *g*<sup>i</sup>.—2° Grammatici Arabes ab initio statuerunt litteram ل (*lam*) articuli أل non debere assimilari cum ج sicut non assimilatur cum ق, cum tamen ea assimilatur cum littera ش cui accedit sonus *g*<sup>i</sup>; unde dicitur v. gr. الجمل, quemadmodum dicitur القلم, quamquam dicitur الشئ cum assimilatione, quod argumentum est litteræ ج genuinum sonum accedere ad sonum ق, i. e. esse debere *g*, non ad sonum ش cui accedit sonus *g*<sup>i</sup>.

Δ D. Sonus durus hujus litteræ est *d* Latinorum, ut v. gr. دُؤِ judica, l. *dün*, lenis ut Δ Græcorum recentiorum, *th* Anglorum in *that*, ذ Arabum, ut ذُؤِ cum, l. *cūth*.

13 - ك K seu C. Hujus litteræ sonus durus est ك Arabum, K Europæorum, ut كُؤِ omnis, l. *cūl*, lenis est X Græcorum, *ch* Germanorum, *j* Hispanorum, خ Arabum, ut كُؤِ vobis, l. Germanorum more *Ichün*.

ك P. Hæc littera dura sonat ut *p* Europæam, ut كُؤِ os (*oris*), l. *pumo*; lenis ut *f* Europæum, ف Arabum, ut كُؤِ sincerus, l. *s'afjo*. Hodie tamen et Orientales et Occidentales errant in hujus litteræ pronuntiatione; etenim illi quidem semper pronuntiant *p* durum, exceptis paucissimis verbis in quibus pronuntiant *w* non *f*, in quibusque pro puncto minusculo solito scribunt sub *pe* circellum litteræ adhaerentem, ut كُؤِ animu, كُؤِ lenticula, l. *navsha*, كُؤِ, quod magis vitiosum quam quod diximus de iis quoad litteram bet<sup>h</sup> lenis. E contra Occidentales hodie nunquam hanc litteram duram

pronunciant, sed semper ut *f*, at codices antiqui ac Barhebræus ipse eos condemnant (1).

**¶** T. Denique hujus litteræ sonus durus est *t* Europæum, *ṭ* Arabum, lenis est *ṯ* Arabum, *th* Anglorum in *thick*, *ṯ* Hispanorum. Primum ut **ܬܘܟܝܢܐ** adduxit, l. *ajti*, alterum ut **ܬܘܟܝܢܐ** stupefecit, l. *athhâr*: (2).

(1) Grammatici antiqui et codices testantur existisse apud Syr, tum Orient. tum Occident. alterum *pe* durum dictum *pe* Græcam, et sic duo *pe* dura erant apud Syros, alterum Græcam quod Orientales duobus punctis nigris supra litteram scriptis Occidentales autem uno puncto rubro superiori designabant, alterum *pe* Syriacum quod apud Orientales nullo puncto distinguitur, apud Occidentales verò unum punctum laterius habet. Apud Melchitas Palæstinae distinguebatur per **ܥ** Syriacum iaversum sic **ܥ**, ut in Prolegomenis dictum est. Sed hæc distinctiones obsolevere.

(2) Nullum dubium quin Syri antiqui distinxerint in pronuntiatione *bet<sup>h</sup>* et *pe* dura a lenibus; sic enim res se habet in lingua Hebraica, sic in Aramaica antiqua dicta Chaldaica; Barhebræus autem claris verbis dicit nullum discrimen esse inter *pe* et ceteras litteras **ܬܘܟܝܢܐ** quoad distinctionem *ruccah<sup>h</sup>* a *qush<sup>h</sup>s<sup>h</sup>aj*. Denique omnes codices antiqui et recentiores utriusque sectæ, potissimum autem Occident. habent has duas litteras cum punctis *ruccah<sup>h</sup>* et *qush<sup>h</sup>s<sup>h</sup>aj*. Quod attinet ad dialectos vulgares, eas omnes habent universos sonos *qush<sup>h</sup>s<sup>h</sup>aj* et *ruccah<sup>h</sup>*, exceptis *bet<sup>h</sup>* et *pe*. *Bet<sup>h</sup>* quidem est durum in dialecto Maqlulæ ipso sæpe cum asperum esse debet, pronuntiatum ab illa gente ut *p*; in duabus autem dialectis Assyriæ et Tur-Abdin durum sonum habet in illis vocum, in ceteris sæpius lenem habet sonum, ita tamen ut pronuntietur *w* non *v*. *Pe* autem in Maqlulæ et Tur-Abdin est semper lenis, in Assyria vero in genere habet sonum durum exceptis paucis vocalibus in quibus sonat ut *w* ad instar linguæ litteralis Orientalium. In dialecto Samaritanorum omnes sex litteræ cum *qush<sup>h</sup>s<sup>h</sup>aj* proferuntur, exceptis *bet<sup>h</sup>* et *pe* quæ utrumque sonum habent sed non juxta regulas linguæ litteralis quæ alibi explicabuntur. Syri Maqlulæ *taw* durum fore semper ut *ch* Anglorum et Hispanorum pronuntiant, sæpe *d* durum ut *t* Latini afferunt. Hebræi autem, in Irako quidem *bet<sup>h</sup>* semper durum pronuntiant, in Syria vero *dalat<sup>h</sup>* et *taw* nunquam pronuntiant cum *ruccah<sup>h</sup>*. Ex his et ex his quæ in textu dictas, liquet Syros per sex litteras duodecim habuisse articulationes, quarum novem in lingua Arabica extant, nempe *b*, *g<sup>h</sup>*, *d*, *dh*, *e*, *h<sup>h</sup>*, *f*, *t*, *th*; dum in hæc lingua desunt, *v* et *p*; unam denique hodie non nisi in Ægypto habent Arabes, quæ est *g*. Syros hodie non habere articulationem *g<sup>i</sup>* Arabicam Syriæ illarumque partium; attamen ex operibus Barhebræi colligitur Syros Occidentales in paucissimis nominibus Græcis pronuntiasse *g* ut **ܩܘܪܥܐܢܐ** Syriæ ex quibus notandum nomen **ܩܘܪܥܐܢܐ** quod usque ad hunc diem Jacobitis pronuntiant *éwangelist<sup>h</sup> to*.

14 - Non est prætereundum in lingua Arabica tres ex his sex litteris pronunciari semper duras, **ك**, **ح**, **ع**; unam semper lenem, **ا**; duas denique modo duras, modo lenes, **ق**, **ظ**. Attamen Arabes non habent systema quish<sup>h</sup>hâj et ruccâk<sup>h</sup>, ita ut unaquæque ex his sex litteris nunquam mutet sonum unum primitivum illi proprium. Hoc systema videtur origine Aramaicum fuisse, et postea ad linguam Hebraicam transiisse.

Ex omnibus quæ hucusque de litteris alphabeti Syriaci disserta sunt, colligitur linguam Syriacam omnes linguæ Arabicæ articulationes continere sive primario sive secundo exceptis duobus sonis qui non nisi in lingua Arabica exstant, videlicet ض *dh<sup>h</sup>* et ظ *th<sup>h</sup>*; imo Syriacam linguam duas habere articulationes quibus lingua Arabica caret, nempe *v* et *p*. Omnes igitur linguæ Syriacæ articulationes sunt viginti octo, quarum sex gutturales, *hamza*, *h*, *g<sup>i</sup>*, *h<sup>h</sup>*, *k<sup>h</sup>*, *ç*; quatuor palatales, *g*, *j*, *c*, *q*; duas linguales, *l*, *r*; duas nasales, *m*, *n*; quatuor sibilantes, *z*, *s*, *s<sup>s</sup>*, *s<sup>h</sup>*; quinque dentales, *d*, *d<sup>h</sup>*, *t<sup>i</sup>*, *t*, *t<sup>h</sup>*; quinque denique labiales, *b*, *v*, *w*, *f*, *p*. (1)



(1) Tot esse deberent soni in lingua Syriaca; sed hodie deficientes sunt tum apud Orientales tum apud Occidentales. Etenim illi *f* non habent, hi *p* ignorant; utriusque vero caret sono *v*. Numerus ergo omnium articulationum linguæ Syriacæ ad 26 reducitur. Similiter et alphabetum Arabicum quod vidimus 28 articulationes continere deficiens hodie est; nam in Mesopotamia, in Irako et apud Arabes deserti ubi omnium optime lingua Arabica pronunciatur, adhuc alphabetum deficiens est propterea quod ظ eodem sono pronuncietur ac ض quod etiam ipsius Hariri antè hunc est. Imo in Syria et Ægypto alphabetum Arabicum in ore vulgi quinque articulationibus deficiens est, quæ sunt **ق**, **ث**, **ذ**, **ظ**, **و** (quod eodem sono ac ض pronunciant) et ض cujus vero sono qui est sonus ذ exaggerati alium sonum substituerunt qui est و exaggeratum.

## CAPUT II

## DE VOCALIBUS UT SONIS IN GENERE

**15<sup>I</sup>** - Antequam de vocalibus quatenus sunt figuræ scriptæ tractare aggrediamur, operæ pretium esse existimamus de iis quatenus sunt soni breviter et succinte agere.

Igitur primo de numero vocalium Syriacarum, deinde de earum specie. Quoad primum, quinque sunt vocales apud Syros, nec plus nec minus, A, E, I, O, U, quæ eadem ratione a Syris Orientalibus ac ab Occidentalibus considerantur, excepta O quæ diversam habet rationem ut videbimus infra. Itaque U Gallicum (Û Germanicum) non habent Syri, nec unquam habuerunt, quidquid coniecturaverit doctus R. Duval in sua grammatica. Nec habent Syri alterum sonum Gallis proprium, EU, ut in *seul*.

Jam notam est Syros et ceteros Semitas distinguere vocales a consonantibus non solum grammatice, sed etiam orthographice, cum nullas habeant figuras vocalibus proprias quemadmodum sunt consonantibus.

**15<sup>II</sup>** - Vocales quinque Syriacæ prædictæ, esse possunt vel longæ, vel clausæ, nunquam breves ut mox videbimus. Pronunciantur autem prorsus eadem ratione ac Itali pronunciant respondententes vocales, excepta E quæ cum clausa est, i. e. cum eam sequitur consonans in eadem syllaba, pronunciat inter E et I, hoc est fere ut Angli pronunciant vocalem finalis syllabæ, ex. gr. in *Robert, asked, person*, vel ut Germani pronunciant *e* in *Angel*, seu quemadmodum Armeni pronunciant suum *jet*.

Itaque has voces, ex. gr.,  $\text{ܒܫܡܐ}$ ,  $\text{ܪܫܝܗܢܐ}$ ,  $\text{ܕܫܝܪܪܐܕܗ}$ , Syri pronunciant *bēsma* (1), *rēs'hjana*, *ēstarrad<sup>h</sup>*. Errat qui effert *besma*, *resh'jana*, etc. cum e pleno. Quando autem vocalis E longa est vel est in fine vocis, tunc pronunciatum omnino ut E Italicum in *ero*, *vela*, *morde*, *poter*.

15<sup>III</sup> - Hæc de numero vocalium. Quoad speciem, apud Syros vocales esse possunt vel clausæ, vel longæ. Nullam brevem habent vocalem Syri, neque in penultima syllaba neque in ceteris vocabuli syllabis; nam omnes vocales quæ ex analogia ceterarum linguarum Semiticarum et præsertim Arabicæ quæ in hoc puncto i. e. in vocalium dispositione sicut in ceteris fere omnibus grammaticis punctis, est absolutum archetypum linguæ Syriacæ, breves esse deberent, eas generali et absoluta regula eliminant Syri. Paucissimis in casibus in quibus vocalis brevis non expungitur, ea ut longa hodie pronunciatum. Igitur Syri nunquam habent, ex. gr., vocem *sdrucciola* ut Itali dicunt, seu ut Græci ajunt *dactylum*; nam voci quæ hanc formam habere deberet, datur a Syris forma *trochæi* more Gallorum, qui dicunt, ex. gr. *perdre*, *homne* (homme), *femne* (femme), *règle*, pro *perdere*, *homine*, *femina*, *regula*. Solum in fine vocis, vocalis quam non sequitur consonans, perdit tonum et pronunciatum sine accentu more Latinorum et Arabum, ut  $\text{ܫܝܪܐ}$ ,  $\text{ܟܠܝܗܢܐ}$ ,  $\text{ܫܝܪܐ}$ , l. *sh'ira*, *ealbe*, *tajbu*.

15<sup>IV</sup> - Vocalis autem clausa (regula est generalis

(1) Hunc vocalis E clausæ sonum per  $\text{ܐ}$  inversum significamus in tuto fere hoc opere. Vocalis longa per hoc signum (\*) distinguitur. Quæ nullum signum habet, semper clausa est, etiam si accentum habent, excepta ultima vocis quæ ut brevis effertur. Accentus tonicus afficit semper penultimam syllabam, nisi vocalis longa eam sequatur, tunc enim accentum hæc nullo modo vocalis accipit. Has regulas diligenter ante oculos habere oportet in legendis per totum hoc opus vocibus Syriacis per litteras Latinas transcriptis.

quæ nullam patitur exceptionem) est ea quam sequitur littera quiescens aut geminata ut dicunt grammatici Semitæ; seu, ut aiunt grammatici Europæi, quæ format syllabam consonanti terminatam (1), ut *an, sub, rom, ner, in*, quæ sine productione pronuciari debent eo modo quo Itali pronunciant *andare, sublime, rompicollo, nervoso, interno*. Nam lingua Italica aliæque Europææ linguæ habent vocales clausas ut habent Syri et Arabes, scilicet in syllabis quæ consonanti clauduntur accentumque non habent, ut *por* in *portare*, *sen* in *sentire*, *pes* in *pestifero*; quæ tamen si accentum accipiunt, apertæ pronunciantur in lingua Italica ut *porto, senta, peste*. Excipe a prædicta regula Syriaca finalem syllabam et vocem monosyllabam quæ una consonanti clauduntur, eæ enim semper cum productione seu apertæ efferuntur, ut *لَان* *lân*, *مَنْ* *mên*, *أُف* *ûf*, *بَار* *bâr*, quæ omnes sunt voces monosyllabæ Syriacæ, quæque pronunciantur fere *laan, meen, oof, baar*; similiterque pronunciarentur si finales essent in vocibus polysyllabis. Quod si duabus consonantibus clauditur vocabulum, tunc vocalis præcedens pronuciatur clausa, etiamsi vox sit monosyllaba, ut *فَرَشْت* *prash't*, *كُتَابُ* *kthâvâjb*, *لَاي* *lajt*, *عَلْبَايْن* *alabajn*, *فَيْدَت* *paghr*, *عُذْرَت* *ûzdahr*, in quibus omnibus accentus afficit ultimam vocalem.

15V- Vocalis longa est ea quam, ut ajunt Semitæ, littera mota sequitur non geminata, seu, ut dicunt Europæi, per quam clauditur syllaba (1). Si itaque in una voce duæ aut plures sunt syllabæ quæ vocali clauduntur, omnes cum productione pronunciantur, etiamsi tonum

(1) Syllabæ divise hic supponuntur juxta systema Latinum seu morem Hælorum et Gallorum, non Anglorum.

non habeant. Bonum est autem advertere hanc rem, scilicet quod plures vocales ut longæ (apertæ) in una voce efferantur, non posse inveniri in hodiernis linguis Europæis, saltem Romanis, in quibus una vox non potest habere nisi unam vocalem longam (apertam), cum e contra in Syriaca, Arabica aliisque linguis (in ipsis Græca et Latina antiquis, non ut hodie pronunciantur), duæ, tres et plures possunt in eadem voce esse vocales longæ (apertæ). Exempla Syr. juxta pronunciationem Occidentalium: **ܣܚܝܡܘܬܗܘ** *h'akimot<sup>h</sup>o*, **ܫܝܕܗܘܢܘܟܝܗܘ** *shid<sup>h</sup>onöje*, **ܬܠܘܢܘܟܝܗܘ** *t'elönöjst<sup>h</sup>o*, l. *haakiimoot<sup>h</sup>o*, *shiid<sup>h</sup>oonooje*, *t'elvonoojoot<sup>h</sup>o*; Orientales autem legunt **ܚܚܝܡܘܬܗܘ** *hakkimat<sup>h</sup>a*, **ܫܝܕܗܘܢܘܟܝܗܘ** *shéd<sup>h</sup>ánäje*, **ܬܠܘܢܘܟܝܗܘ** *t'elländjät<sup>h</sup>a*. Finalis tamen syllaba quæ vocali clauditur, tonum amittit ut supra diximus, non cessat tamen ut longa considerari ut in lingua Arab. Itaque ex.gr. syllaba *eu* quæ in **ܡܠܚܘܬܗܘ** *mal-eüt<sup>h</sup>a* longa est eum accentu, si syllaba *t<sup>h</sup>a* cadit, pronunciat in **ܡܠܚܘܬܗܘ** *malen* sine tono qui transit ad *mal*. Pariter syllaba *ne* in **ܚܢܐ** *böne* (ædificat) pronunciat ut brevis, at accedente in fine aliquo augmento, cum productione effertur, ut **ܚܢܐ ܐܢܐ** *ædifico*, l. *bönéno*. Similiter productio finalis syllabæ longæ apparet cum alia vox eam sequitur quæ littera mobili incipit, ut **ܚܢܐ ܡܘܪܘܟܝܗܘ** *h'awi-morö-t'örö*. Adverte in hujus phraseos duabus prioribus vocibus, i. e. **ܡܘܪܘܟܝܗܘ** et **ܚܢܐ** accentum manere in prima syllaba quamquam secunda producit. Quodsi sequens vox a quiescenti incipit, tunc vocalis illa longa evadit clausa, ut **ܚܢܐ ܚܘܟܝܗܘ** l. *h'awo-kh'övík<sup>h</sup>*.



15<sup>VI</sup> - Uno verbo, omnis syllaba Syriaca quæ consonanti clauditur, clausa est excepta finali et monosyllaba, quæ semper longæ sunt nisi duabus terminentur consonantibus; et omnis syllaba quæ vocali terminatur, longa est excepta finali quæ propter præcedentis syllabæ tonum pronunciatur ut brevis. Discrimen autem inter vocalem clausam et longam jam satis patet ex dictis.

15<sup>VII</sup> - Nunc de diphthongis. Veras diphthongos non habent Syri, sed cum jod<sup>h</sup> et waw apud eos sint veræ consonantes, lingua Syriaca syllabas habet quarum consonans finalis est jod<sup>h</sup> vel waw, ut *au, eu, iu, ou, uü, aj, ej, ij, oj, uj*, in quibus omnibus syllabis secunda littera non est vocalis sed consonans, vocalesque eadem ferme ratione efferuntur ac Itali efferunt vocales in *ab, eb, ib, al, el, il, etc.* idest clausæ in medio vocis, longæ in fine (15. 4), hoc est *aw, ew, iw, ow, uw, ey, oy, uy, etc.* ut fert hodierna Anglorum aliorumque populorum orthographia. Habet lingua Syriaca et aliud syllabarum genus, speciem diphthongorum ferens, syllabas nempe quarum prima littera est waw aut jod<sup>h</sup> consonans, ut *wa, we, etc. ja, je, etc.* (1. secundum novam orthographiam *ya, ye, etc.*). Hujusmodi syllabæ non possunt diphthongi vocari nisi ab hominibus superficialibus qui intimam grammatices naturam non percipiunt, quorumque cetera in Europa est innumera vel his nostris temporibus post tot progressus scientiarum philologicarum(1). Nam harum syllabarum

(1) Non satis miror, quamquam Orientalis homo, quod grammatici Galli, solum elementorum auctores, non vident in littera *y* nisi vocalem etiam in *ya, ye, yij, etc.* Si hi grammaticam Germanicam didicerunt, nunc videntur in syllabis *ja, je, aj, etc.* que in hac lingua pronunciantur eodem sono ac sua *ya, ye, yij, etc.* litteram *j* considerari ut consonantem? Et quis tolerare potest eundem sonum esse in una lingua consonantem, in altera vocalem? Sed mea admiratio cadit cum video insignes philologos, imo linguistas et orientalistas inter Italos et Gallos considerare fortissimas Semiticæ gutturales *he, h<sup>h</sup>eth, ain* ut vocales et scribere ex. gr. *lshhak-hima, d, ebraja, etc.* quasi he duæ voces a vocali inciperent.

natura est prorsus eadem ac syllabaram, ex. gr., *ma, ve, la, ne, ab, il*, etc. (1)

15<sup>viii</sup> - Deaique nonnulla de accentu apud Syros. Accentus non potest esse in lingua Syriaca nisi in ultima vel in penultima syllaba. Accentus est in ultima syllaba quando hæc per unam consonantem vel duas clauditur, ut **ܝܡܪܝܬܐ** *ëmriêt<sup>h</sup>*, **ܦܪܘܫܝܢ** *pârôsh'in*, **ܩܘܪܒܢܐܬܐ** *qurbânû<sup>h</sup>*, **ܐܬܘܢ** *attôn*, **ܕܠܘܫܐ** *dalvêš<sup>h</sup>*, **ܐܦܦܝܟ** *appâjk*. Adverte tribus in extremis exemplis accentum esse super vocali clausa. Est accentus in penultima quando ultima syllaba vocali clauditur, ut **ܝܢܢܐ** *énna*, **ܡܪܘ** *mâru*, **ܠܗܝܫܘܘܘܐ** *h<sup>h</sup>îsh<sup>h</sup>âwâ*, **ܩܕܕܝܫܐ** *qaddîš<sup>h</sup>â*, **ܠܗܝܝܠܐ** *h<sup>h</sup>âjll<sup>h</sup>â* - *nû<sup>h</sup>â*, **ܫܟܝ** *sâkki*. Jam vides vocalem quæ accentum accipit, posse esse vel longam vel clausam (2).

(1) Inficlarî tamen non possumus aliquod discrimen inter *j* et *w* consonantes ac ceteras alphabeti humani consonantes existere, quod scilicet hæc duæ consonantes in omnibus mundi linguis tam lenes ac debiles sunt ut facile in vocales convertantur. Id patet potissimum in diphthongis *ai* et *au* quæ passim resolvuntur in *e* et *o* ac sic *j* et *w* in his consonantes esse cessant.

(2) Non mirum est Syros philologos nomen accentui non imposuisse neque illum cognovisse, sed mirandum sane quod Arabes grammaticæ tam ceteroquin accurati ac ingeniosi in rebus philologicis hæc grammaticæ partem neglexerint et, ut videtur, omnino ignoraverint, ita ut lingua Arabea nomen accentus non habeat. Græci in hoc acutiores sese ostenderunt, quorum lingua ceteroquin est inter omnes mundi linguas singularissima quoad accentum. Nihilominus accentus in ore Græcorum hodiernorum suam rationem amisit, cum ipsi propter accentum quantitatem vocallum confuderint; nam omnis vocalis etiamsi brevis quæ accentum habet, pronunciat ab eis ut longa, et omnes vocales quæ accentum præcedunt vel sequuntur, etiamsi longissimæ, proferuntur ut breves. Idem fere fecerunt Itali quoad ling. Latinam, quamquam in lingua Lat. accentus regula sit simplicissima cum in ea accentus non potest sequi vocalis longa præter ultimam. Etiam Ægypt. quoad linguam Arab. in idiomate vulgari pervertunt vocal. quantitatem propter accentum, modo producendo vocalem brevem quæ accentum habet, ex. gr. in **ܩܘܪܒܢܐ** quod pronunciant *bâraca* pro *qurbânâ*, ut faciunt etiam Europæi Arabe in Oriente loquentes, et præsertim Itali; modo carripiendo vocales longas quæ accentum præcedunt, ex. gr. in **ܫܡܘܘܬ** quod pronunciant *samawât* pro *šmawât* (et hoc etiam vitium Europ. arab. loquentium). Sæpe etiam Ægypt. transferunt accent. ab ante penul-

15<sup>x</sup> - Nonnunquam vocalis non scripta effertur inter duas consonantes, idque locum habet sive in medio vocis sive in fine. Quoad primum casum, is explicabitur inferius quando sermo erit de mħagjâna (V. N.º. 46). In fine vocis duabus consonantibus terminatæ licet euphoniæ causa nonnunquam *e* clausum seu obtusum inter duas consonantes pronunciare, et tunc vocalis præcedens evadit brevis et tamen conservat tonum, ut **پاڤەر** *pâg<sup>h</sup>ēr*, **ئەپەرەش** *ē<sup>h</sup>pārēs<sup>h</sup>*, **ملاخە** *mālēc*, (pronuncia eadem vi ac Angli dicunt, ex. gr. *brother*).

15<sup>x</sup> - Hæc omnia quæ hucusque de linguæ Syriacæ vocalibus, diphthongis, accentu disseruimus, utrosque Syros spectant, i. e. tum Orientales, tum Occidentales. Levissimas exceptiones quoad ultimam vocis syllabam videbis infra.

Ex his etiam manifestum fit quid sit judicandum de iis quæ R. Duval ceteroquin eruditissimus et optimæ

timam syll. ad penultimam brevem, ex. gr. **قالبنا**, **بجك**, quæ pronunciant *qalbna*, *bajtécum*, pro *qalbna*, *bajtécum*. R. contra incola Syrio accentum qui in penultima esse dehet (in vocibus compositis) ad antepenultimam transferunt, exemp. gr. **كاتبنا**, **جانبنا**, **جانبنا**, quæ in Syria pronunciantur *câlbati*, *ishtahar*, *janbaghi*, pro *calbâti*, *ishtâhar*, *janbâghi*. Damasci tamen incolæ non semper id faciunt. Leges accentus Arabici accuratissime in Mesopotamia et Iraq observantur, pessimo in Aegypto; medium tenet locum Syria. In Syria Occidentali et præsertim Damasci, ubi vocalis brevis sæpe supprimitur, et cum difficultas pronunciationis inde oritur, ex penultima littera ad præcedentem transfertur, remanet tunc eum accentu quamquam penultima evadat quiescens, ut **جكبو** *jékebu* pro *jêhtêbu*; quod est contrarium naturæ linguarum Semiticarum, in quibus accentum non potest sequi vocalis longa neque clausa, sed e contra exstat in lingua Italica, v. g. in vocibus *Otranto*, *manduoria*, *portanto*, ac in Græca passim; allamen Græci hodierni accentu vocalis brevis abutuntur, cum ejus vocalem brevem pronunciatione producant, v. gr. in **ΣΙΝΔΟΝΑ**, quod enim pronunciari deberet *sindona*, ipsi pronunciant *sintóna*. Inter linguas in quibus accentus sequitur singularissimas regulas princeps est lingua Turcica. Has observationes de accentu non inutiles esse existimavimus, cum eas a nullo auctore vidimus relatas.



systema punctorum minorum de quo in Prolegomenis, apud ipsos exprimentur. Sequens tabella exhibet vocabulum Syriacarum figuras, nomina et valores juxta morem Syrorum Orientalium:

FIGURA	NOMEN	VALOR
ⲓ	ⲡⲧⲁⲃⲁ - pt <sup>h</sup> ah <sup>h</sup> a (1)	a clausum
ⲓ̇	Ⲡⲗⲁⲑⲁ - zqâfa	a longum
ⲓ̇̇	Ⲡⲗⲁⲙⲁ - zlâma lenis seu longa	e clausum
ⲓ̇̇̇	Ⲡⲗⲁⲙⲁ - zlâma dura seu brevis	e longum
ⲓ̇̇̇̇	Ⲡⲗⲁⲛⲁ - h <sup>h</sup> vâs <sup>a</sup> a	i longum
ⲓ̇̇̇̇̇	Ⲡⲗⲁⲃⲁ - rwâh <sup>h</sup> a	o clausum
ⲓ̇̇̇̇̇̇	Ⲡⲗⲁⲗⲁ - mâqa	u longum

[5<sup>xii</sup>] - Ex tabella præposita vides singulas vocales juxta hoc systema constare uno vel duobus punctis notatis determinato quodam modo. Pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a (ⲓ̇̇̇̇̇̇) enim constat duobus punctis quorum unum super litteram ponitur, alterum subter. Hæc porro vocalis cum omnibus litteris accommodari potest, ex. gr. ⲗⲁⲗⲁⲗⲁ quisnam? ⲗⲁⲗⲁⲗⲁ quando, excepta littera waw quæ nunquam patitur pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am ante se, sed illam mutat in zqafam (ⲓ̇̇̇̇̇̇) uti dicemus postea. Effertur vero pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a Syrorum uti a clausum i. e. sicut fath<sup>h</sup>a Arabum, ex. gr. ⲗⲁⲗⲁⲗⲁ ( amrah )

Occidentalis sequens, octo vocales numerarunt, non quod in dialecto Occidentali plusquam quinque vocales existent, sed quia tres harum quinque vocalium singule respondent duabus vocalibus dialecti Orientalis, quam sic nolentes nominam et matrem lingue Syricæ esse fassi sunt hi schole Occidentalis antesignani.

(1) Observatione dignum est denominationem hujus vocalis quæ significat *aperitionem* (ⲗⲁⲗⲁ) non solum Arameos tum Orientales tum Occidentales, sed et

Hebræos et Arabes a radice ⲗⲁⲗⲁ assumpsisse, quamvis inter se quoad reliquarum vocalium denominationes hi populi multum discrepent.

*ausus est*, **ܐܘܫܘܣܬܢܐܢ** (*tah<sup>h</sup>nantan*) *misericordia nostra*. At tamen, *pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a* effertur uti a productum quasi esset *zqa-* *fa* in vocibus monosyllabis, ex. gr. **ܒܘܝܘܣܐ** (*büz*) *prædatus est*, **ܐܢܐ** (*lan*) *nobis*.

16 — Hæc quæ diximus de modo pronunciandi *pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am* vera sunt quando post *pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am* immediate venit littera quiescens; quando vero occurrit littera mobilis, tunc *pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a* gemuat illam litteram mobilem et eodem sono pronunciatur ac si littera quiescens eam sequeretur, ex. gr. **ܐܒܒܐܢܐ** (*ʔallan*) *ros nostrum*, **ܐܒܒܐܝܘܣܐ** (*abbay*) *scaturire fecit*, **ܐܒܒܐܢܐ** (*s<sup>h</sup>abbah<sup>h</sup>*) *laudavit*.

17 — Excipiuntur quædam vocabula in quibus Syri Orientales non geminant litteram quæ sequitur *pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am*; quorum præcipua sunt (1): **ܐܒܐܝܘܣܐ** *pater*, **ܐܠܗܐ** *Deus*, **ܐܘܪܚܐܢܐ** *angelus*, **ܐܕܘܡܐ** *Edom*, **ܐܘܕܝܘܢܐ** *gaudium*; item non geminant litteram *res<sup>h</sup>* quæ post *pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am* occurrit, propter difficultatem pronunciandi *res<sup>h</sup>* duplicis, siquidem cum litteris gutturalibus quæ apud Hebræos nunquam geminantur, ista littera *res<sup>h</sup>* computatur. Vocabula in quibus *res<sup>h</sup>* non gemiuatur, sunt sequentia cum eorum flexionibus; **ܐܘܕܝܘܢܐ** *benedixit*, **ܐܘܕܝܘܢܐ** *proximus*, **ܐܘܕܝܘܢܐ** *obtulit*, **ܐܘܕܝܘܢܐ** *figidus*, **ܐܘܕܝܘܢܐ** *amarus*, **ܐܘܕܝܘܢܐ** *verus*, **ܐܘܕܝܘܢܐ** *confirmavit*,

(1) Ratio autem propter quam in hisce exemplis in quibus *alaf* habet *pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am* non geminatur littera quæ *pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am* sequitur est, quod *alaf* in origine habebat vocalom brevem, quæ proinde supprimi debebat juxta leges infra tradendas; sed quia *alaf* initiale nequit quiescere, hinc necesse fuit ut huic litteræ restaret vocalis brevis, et propterea geminatio non habet locum, et consequenter deherent hæc exempla offerri cum a brevi, scilicet *aea*, *alaha* etc.; attamen hodie vulgus producit a et pronunciant *aea*, *alaha* etc... Nomen autem **ܐܘܕܝܘܢܐ** est pro **ܐܘܕܝܘܢܐ** cum *pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a* brevi ad *alaf*, quæ vocalis supprimit delisset, sed propter difficultatem pronunciationis in hoc casu, translata fuit *pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a* ad præcedens *lamadh*; item dicendum de **ܐܘܕܝܘܢܐ** quod in origine erat **ܐܘܕܝܘܢܐ** cum *waw* quiescente ad typum **ܐܘܕܝܘܢܐ**.

**عَدِب** *cepit*, **عَدِبَ** *extulit*. Item non geminatur littera 'ain post pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am in verbis sequentibus eorumque derivatis: **عَدِبَ** *reconciliavit*, **عَدِبَ** *narravit*. In quibus omnibus exemplis, pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a pronuciatur uti zqafa sine geminatione sequentis litteræ, et proinde pronunciantur prædicta exempla *áva*, *úláha* etc.

**18** - Excipiuntur quoque voces in quibus pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a afficit penultimam litteram, sequente littera quiescente; in his enim, quando littera finalis mobilis fit propter suffixum aut alius finalis incrementi, tunc finalis littera quæ sic movetur, non geminatur per pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am quæ præcedit, sed illa pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a pronuciari deberet brevis ut fath<sup>h</sup>a Arabum. Exempla: **عَدِبَ** *quando*, **عَدِبَ** *unus*, **عَدِبَ** *laudavit*. Si finalibus harum vocum suffigitur quoddam incrementum quod finales litteras mobiles reddit, tunc dici deberet **عَدِبَ** (*cad<sup>h</sup>u*) (1) *sufficit*, **عَدِبَ** (*h<sup>h</sup>ad<sup>h</sup>u*) *unus est*, **عَدِبَ** (*s<sup>h</sup>abbuh<sup>h</sup>én*) *laudarunt fem.* Attamen hodie in hisce et similibus vocalis *a* producitur quasi esset zqafa.

**19** - Zqafa (i) designatur per duo puncta sinistrorsum inclinata, superposita litteræ, et potest affigi omnibus omnino litteris. Pronuciatur autem veluti pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a longa i. e. tanquam fath<sup>h</sup>a Arabum longa in voce **عَدِبَ** (*hie*): exempla **عَدِبَ** (*mána*) *quid?*, **عَدِبَ** (*hána*) *hie*, **عَدِبَ** (*márja*) *dominus*. Nihilominus Syri Orientales recentiores zqafam ante litteram quiescentem pronunciant sine productione, sed prorsus ut pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am clausam, quo quidem zqafa cum pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a confunditur. Sic v. g. hæc

(1) Vulgus hinc temporibus pronunciat **عَدِبَ**, **عَدِبَ** cum geminatione dalt<sup>h</sup> et cum asperitate: *cad<sup>h</sup>u*, *h<sup>h</sup>ad<sup>h</sup>u*.

exempla **ܕܢܘܢ** dominus, **ܕܥܠܡܐ** consentiens f., **ܕܠܡܢܐ** mundus pronunciant erronee *marja*, *s<sup>h</sup>alma*, *alma*, pro *mārja*, *s<sup>h</sup>ülma*, *ülma*. Merito Barbebræus in utraque grammatica ampliori et breviori Syros Orientales propter hoc improbavit acriterque reprehendit. Sed et ipsi Occidentales male in hoc casu pronunciant ut videbimus.

**20**— Animadvertite Syros Orientales nunquam ante litteram waw apponere motionem p<sup>t</sup>ah<sup>h</sup>am, sed quotiescumque regula exigit ante waw motionem p<sup>t</sup>ah<sup>h</sup>am, illi substituunt zqafam; ex. gr. **ܕܢܘܢܐ** confitere, **ܕܥܠܡܐ** (1) *crimen tuum*, pro **ܕܢܘܢܐ** et **ܕܥܠܡܐ**. Proinde nunquam reperitur waw geminatum post motionem p<sup>t</sup>ah<sup>h</sup>am quamvis geminationem regula exigeret, quia p<sup>t</sup>ah<sup>h</sup>a tunc mutatur ut diximus in zqafam, et consequenter geminatio quoque tollitur: ex. gr. **ܕܥܠܡܐ** perduravit, **ܕܥܠܡܐ** scelestus, juxta regulam legenda essent *qawwi* et *awwila*, sed hodie Orientales ea pronunciant sine geminatione *qāwi* et *awila* (2). Excipiuntur tamen nonnulla vocabula que cum motione p<sup>t</sup>ah<sup>h</sup>a ante waw habent alium sensum ac cum zqafa: ex. gr. **ܕܥܠܡܐ** digna participium fœmininum a masculino **ܕܥܠܡܐ**, et **ܕܥܠܡܐ** wqualis, adjectivum fœmininum a **ܕܥܠܡܐ**; item **ܕܥܠܡܐ** inebriatur f. et **ܕܥܠܡܐ** ebria. E contra Occidentales interdum mutant zqafam quam regula exigit ante waw in p<sup>t</sup>ah<sup>h</sup>am, ex. gr. **ܘܘܐ** pro **ܘܘܐ** ille, et **ܘܘܐ** pro **ܘܘܐ** vocarunt.

(1) Immerito nonnulli grammatici Europæi existimarent hanc zqafam que locum p<sup>t</sup>ah<sup>h</sup>a tenet, diversa ratione pronunciarî; pronuncietur enim omnino ut in ceteris locis; proinde mutatio non est grammaticalis, sed mera orthographica. Non abs re erit etiam observasse in dialecto Babylonica ut est apud Hebræos hujusmodi mutationem non existere.

(2) Hæc Syrorum Orientalium novitas est, etenim ut diximus in precedenti nota in dialecto Babylonica dicitur **ܕܥܠܡܐ**, **ܕܥܠܡܐ** h<sup>h</sup>awwi, awwila.



21 - Zlama (quam nonnulli grammatici Orientales vocant etiam **يَعْلَل** aut **ذَنْجَل** more Occidentalium) duplex est, siquidem fortis seu dura et lenis, utriusque autem figura sunt duo puncta quæ litteræ subponuntur sed horizontaliter ad indicandam zlamam ( $\bar{a}$ ) fortem, et verticaliter cum quadam inclinatione ( $\bar{r}$ ), pro leni; nonnulli zlamam fortem vocant brevem, et lenem longam. Prima zlama h. e. fortis effertur tanquam *casra* Arabum clausa, videlicet sine productione syllabæ; vide quæ diximus de hac vocali n° 15. 5; et insuper hæc zlama ad instar pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>æ geminat litteram sequentem si mobilis sit, ex. gr. **يَعْلَل** (*moll<sup>h</sup>a*) verbum, **يَعْلَل** (*ag<sup>h</sup>-la*) vitulus, **يَعْلَل** (*männäk<sup>h</sup>*) a te, **يَعْلَل** (*alläja*) altus, cum geminatione nun et lamad<sup>h</sup> in duobus ultimis exemplis.

22 - Excipitur ab ista regula zlama quæ inscribitur penultimæ litteræ vocabuli cui pronomem aut incrementum quodcumque suffixum sit exigens ut ultima vocis littera moveatur; tunc enim, ut dictum est de pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a, zlama illa brevis evadit, et ideo littera quæ tunc zlamam sequitur non ingeminatur, ex. gr. **يَعْلَل** *benedic*, quod verbum assumendo suffixum primæ personæ fit **يَعْلَل** *benedic me*, l. *bärekh<sup>h</sup>ain*, non *bärekh<sup>h</sup>ain*, item **يَعْلَل** *exalta eum*, l. *bärekh<sup>h</sup>ain*, non *bärekh<sup>h</sup>ain*, item **يَعْلَل** *benedicite f.*, **يَعْلَل** *silere fecerunt*. Attamen Syri Orientales hanc zlamam brevem cum productione hodie pronunciant ut diximus de pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a, quasi esset zlama aspera de qua infra, et dicunt *shattéqün*, *bärekh<sup>h</sup>én*. Excipe particulam **يَعْلَل** ex quæ cum suffixis subit geminationem in *nun* quando est mobile, ex. gr. *männäk<sup>h</sup>* **يَعْلَل** a te.

23 - Excipe quoque vocabula quæ euphoniæ causa

in initialibus iafirmis, quæ regulariter deberent quiescere, motioem zlamam assumuat, ex. gr.  $\text{ܘܩܝܚܘܢܝܢ}$  venit,  $\text{ܝܚܝܩܝܘܢܝܢ}$  manducavit,  $\text{ܝܚܝܩܝܘܢܝܢ}$  cognovit, pro  $\text{ܝܚܝܩܝܘܢܝܢ}$ : in bisce exemplis abjiciendæ essent ab alaf et jod<sup>h</sup> vocales breves juxta regulam (v. n°. 103) quemadmodum abjicitur vocalis brevis a ceterorum verborum initialibus, v.g.  $\text{ܥܕܝܘܢ}$  et  $\text{ܥܕܝܘܢ}$ , sed quociam alaf et jod<sup>h</sup> nequeunt pronounciari sine motione, restituedæ sunt ipsis motiones primitivæ breves quin tamen geminetur littera mobilis quæ immediate sequitur. Syri tamen Orientales bisce temporibus universim solent in præfatis exemplis similibusque geminare litteram quæ sequitur alaf, dicentes v. g.  $\text{ܥܬܬܝܗܐ}$ ,  $\text{ܥܬܬܝܗܐ}$ , et producere jod<sup>h</sup> præmisso sono hamzæ, diceodo  $\text{ܝܬܬܝܗܐ}$ ; quod omnino erroneum est, hæc exempla enim proauncianda essent:  $\text{ܥܬܝܗܐ}$ ,  $\text{ܝܬܬܝܗܐ}$ .

**24** - Zlama lenis in ultima syllaba vocis proaunciatur ut E Latinorum, ex. gr.  $\text{ܘܩܝܠܝܢܝܢ}$  erit,  $\text{ܘܩܝܠܝܢܝܢ}$  tranquilus. Orientales recentiores zlamam lenem afficientem penultimam litteram vocis veluti *fortem* h. e. uti E longum Latinorum erronee pronounciant, dicentes  $\text{ܘܩܝܠܝܢܝܢ}$  ( $\text{shallêm}$ ) perfecit,  $\text{ܘܩܝܠܝܢܝܢ}$  ( $\text{qabbël}$ ) accepit, pro  $\text{shallêm}$  et  $\text{qabbet}$ .

**25** - Zlama fortis æquivalet E longo Latinorum, et non occurrit uisi in quibusdam notis casibus, de quibus infra agemus (464. 2). Porro notandum est grammaticos Orientales cum nomina longæ et brevis zlamis dedere non intendisse valorem utriusque zlamæ per hanc denominationem designare, cum zlama dicta longa sit reapse brevior altera nuncupata brevi, sed figuram tantum orthographicam considerasse.

**26** - H<sup>h</sup>vasæ figura est unum punctum quod

nonnisi sub littera jod<sup>h</sup> inscribitur (ب), et pronunciatum ut I longum Latinorum, ex. gr. **بَلِيل** (*qallil*) *ecler*, **نَسِين** (*nsin*) *ponimus*. Regulariter post h<sup>h</sup>vas<sup>s</sup>am littera mobilis debet venire; quod si littera quiescens venit, ea sine dubio deberet esse mobilis; attamen h<sup>h</sup>vas<sup>s</sup>a tunc effertur quasi clausa, ex. gr. **كَلْبَتَان** *separata*, **كَلْبَتَان** *thesaurus*, quæ offerri deberent *pris<sup>h</sup>eta*, *simeta*, sed hodie pronunciatum: *pris<sup>h</sup>ta*, *simta*. Denique h<sup>h</sup>vas<sup>s</sup>a nunquam geminat litteram sequentem sicut nunquam zqafa geminat.

27 - Rwâh<sup>h</sup>a et ʿmâqa exprimuntur per unum punctum cum waw, pro rwâh<sup>h</sup>a quidem supra (و), pro ʿmâqa autem subter (و). Rwâh<sup>h</sup>a autem (quæ etiam **رَوَّاه** dicitur), pronunciatum ut O Latinorum, ex. gr. **يَجْوَاه** *scribit*, **أَبْيَسُو** *abyssus*, **أَخْضَع** *accipe*. ʿMâqa (dicta quoque apud Orientales **دَهْنِي**), effertur tamquam d<sup>h</sup>am<sup>h</sup>ma Arabum, seu U Latinorum, clausa quidem ante litteram quiescentem, longa autem ante litteram mobilem, ex. gr. **أَسْوَق** (*s<sup>h</sup>uqra*) *iniquitas*, **أَهْل** (*ʿula*) *insans*, **أَيْلُون** (*na<sup>h</sup>lûn*) *ingrediuntur*, **أَهْدِي** (*quidâs<sup>h</sup>a*) *doxologia*.

Nunquam rwâh<sup>h</sup>a vel ʿmâqa sine waw scribitur, exceptis **كُل** (*cól*) *omnis* et **مَوْلُود** (*moll<sup>h</sup>ól*) *propter* cum derivatis.

28 - Rwâh<sup>h</sup>a et ʿmaqa quæ origine unam eandemque vocalem representant, discrimen tamen inter se idem præseferunt quod est inter pt<sup>h</sup>âh<sup>h</sup>am et zqafam ac inter zlamam lenem et h<sup>h</sup>wâs<sup>s</sup>am, videlicet rwâh<sup>h</sup>a format vocalem clausam et geminantem, ʿmâqa autem

vocalem longam. In praxi tamen hodierna in multis vocabulis rwâh<sup>h</sup>a clausa et geminans convertitur in  $\text{ʿmâqam}$  et tunc cessat geminatio, quod potissimum apparet in nominibus abstractis derivatis a forma verbi  $\text{ܕܝܕܐ}$ , ut  $\text{ܕܝܕܐܘܘܢܐ}$  compositio,  $\text{ܕܝܕܐܘܘܢܐܘܘܢܐ}$  ablutio,  $\text{ܕܝܕܐܘܘܢܐܘܘܢܐܘܘܢܐ}$  acceptatio l. *rûqâra*, *h<sup>h</sup>ûlûla*, *qûbûla*, pro *roccâra*, *hollûla*, *qobbûla*. Alia quoque nomina id patiuntur quanquam sine geminatione, ut  $\text{ܕܝܕܐܘܘܢܐ}$  medulla,  $\text{ܕܝܕܐܘܘܢܐ}$  cateria, l. *mûh<sup>h</sup>a*, *gûda*, pro *moh<sup>h</sup>h<sup>h</sup>a*, *godda*. Sunt tamen nomina in quibus geminatio conservatur etsi rwah<sup>h</sup>a mutetur in  $\text{ʿmâqam}$ ; hæc sunt notiora:  $\text{ܕܝܕܐܘܘܢܐ}$  amor,  $\text{ܕܝܕܐܘܘܢܐ}$  sinus,  $\text{ܕܝܕܐܘܘܢܐ}$  putcus,  $\text{ܕܝܕܐܘܘܢܐ}$  sponsia,  $\text{ܕܝܕܐܘܘܢܐ}$  malum aurantium; l. *h<sup>h</sup>ubba*, *ubba*, *gubba*, *aspugga*, *ʿrugga*. Denique, in nomine  $\text{ܕܝܕܐܘܘܢܐ}$  omnis cum per suffixum aut aliud movetur lâmad<sup>h</sup>, conservatur et rwâh<sup>h</sup>a et geminatio, ut  $\text{ܕܝܕܐܘܘܢܐ}$  totus,  $\text{ܕܝܕܐܘܘܢܐ}$  vel  $\text{ܕܝܕܐܘܘܢܐ}$  totalitas, l. *collêh*, *colla*.

29 - Ex omnibus quæ hactenus exposuimus deducere licet tres ex septem vocalibus Syrorum Orientalium necessario debere post se litteram infirmam redundantem analogam scriptam habere, scilicet jod<sup>h</sup> scribi debere post h<sup>h</sup>wâs<sup>a</sup>m, et waw post  $\text{ʿmâqam}$  et rwâh<sup>h</sup>am; ceteras autem vocales modo solas scribi, modo sequente littera infirma redundante, idest aut alaf quod cum omnibus his quattuor vocalibus potest evenire, aut jod<sup>h</sup> quod proprium est zlamæ fortis tantum. Diversa autem est redundationis ratio cum primis tribus vocalibus ac est cum alteris, etenim jod<sup>h</sup> et waw quidem; quæ cum h<sup>h</sup>was<sup>a</sup>,  $\text{ʿmâqam}$  et rwâh<sup>h</sup>a redundant, ipsis puncta vocalia inscribuntur, ex. gr.  $\text{ܕܝܕܐܘܘܢܐ}$ ,  $\text{ܕܝܕܐܘܘܢܐ}$ ,  $\text{ܕܝܕܐܘܘܢܐ}$ ; ceterarum autem motionum unaquæque quando littera infirma

post ipsam reducat, non huic litteræ inscribitur, sed litt. quæ ea movetur, idest quæ litteram iofirmam præcedit, ex. gr. **كَدِيم**, **كَدِي**, **كَدِي**, **كَدِي**.

29<sup>li</sup> – Ex his tria inferuntur. – 1<sup>m</sup> Quod signa vocalium Syriacarum litteris inscribuntur aut sola aut cum una ex litteris infirmis, quæ matres lectionis dicuntur, redundante, secundum analogiam quæ inter vocalem et litteram infirmam intercedit; nam alaf analogum est pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>æ, zqafæ et duabus zlamis; jod<sup>h</sup> analogum est zlamæ duræ et h<sup>h</sup>was<sup>s</sup>æ, denique waw analogum est 'maqæ et rwah<sup>h</sup>æ. At quomodocumque scribatur vocalis, i. e. sive sola sive cum littera infirma, eodem modo legitur, ita ut littera iofirma quæ cum vocali scribitur, nihil addat illi roboris in pronuociatione; nam, v. g. **كَدِي**, **كَدِي** et **كَدِي** eodem prorsus modo leguntur; et sic **كَدِي** et **كَدِي**. Sola autem potest esse vocalis ubique præterquam in fine vocis, tunc enim necessario debet habere matrem lectionis, idest alaf scribi debet cum zqafa, zlama et pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a; jod<sup>h</sup> cum h<sup>h</sup>was<sup>s</sup>a; et waw cum cum 'maqæ et rwah<sup>h</sup>a. Hæc autem mater lectionis non computatur cum litteris quæ vocabulum formant, nisi sit radicalis. – 2<sup>m</sup> Quod cum mater lectionis vocalem comitatur, littera quæ movetur non est hæc mater lectionis ut insipide nonnulli grammatici, superficiem respicientes, autumarunt, sed littera quæ matrem lectionis præcedit, ex. gr. **كَدِي** ubi res<sup>h</sup>, qof et taw sunt mobiles, non vero jod<sup>h</sup>, waw et alaf quæ redundant. – 3<sup>m</sup> Quod tres litteræ iofirmæ possunt in vocabulis haberi aut veluti matres lectionis ut hactenus vidimus, aut veluti litteræ radicales, ex. gr. in **كَدِي**, **كَدِي**, **كَدِي**, in quorum prima jod<sup>h</sup>, in secunda waw, in tertia alaf radicalia sunt.

Quando autem extra finem vocum vocales solæ, quando cum matre lectionis scribi debeant, et quali, id regula generali statui nequit, sed oportet id observatione discere.

---

CAPUT IV

DE VOCALIDUS APUD SYROS OCCIDENTALES

**30** - Barbebræus, celeberrimus sectæ Jacobiticæ doctor, in sua grammatica cui titulus **رقتما** h. e. *radii* tot vocales seu motiones recenset quot Syr. Orient. imo eas octo esse tradit, addita septem motionibus vigintibus apud Orientales altera h<sup>h</sup>was<sup>a</sup> quam brevem nuncupat, distinctam a h<sup>h</sup>was<sup>a</sup> longa. Verumtamen in altera sua grammatica metrica, cui titulus **رقتما** (*introductio*) quinque tantum esse vocales aut motiones docet. Et talis est reapse numerus numerus vocalium seu motionum apud Occidentales inde a tempore Qarqafensium doctorum de quibus in Prolegomenis (1). Quoad

---

(1) Severus cognomento Jacobus Barcellensis Jacobiticæ sectæ qui floruit sec. XIII in sua grammatica Syriaca cui titulus **رقتما**, his quinque vocalibus seu motionibus sextam addidit quam nuncupavit **رقتما** quæque reapse eadem est ac **رقتما** Orientalium, et ibidem **رقتما** denominat **رقتما** h. e. *frænans* quasi frænæ litteram cui ligitur. Ex huiusmodi autem diversitate in computandis vocabulis Syriacis non inferre inde sequi Occidentales Syros diverse vocales Syriacas pronuntiassent antiquitus ac temporibus nostris. Hæc enim orthographica diversitas ex eo originem habet quod qui plus quam quinque vocales numerarunt, non considerarunt vocalium pronuntiationem, neque earum figuras, sed quarundam earum originem. Nempe considerarunt vocalem h<sup>h</sup>was<sup>a</sup> apud Occidentales respondere modo h<sup>h</sup>was<sup>a</sup> Orientalium, modo eorum **رقتما** forti; item **رقتما** duabus Orientalium vocalibus respondere, **رقتما** et **رقتما**;

signa quibus vocales notantur apud Occidentales, sciendum est Syros Occidentales duobus systematibus uti in designandis vocalibus, videlicet vel systemate Græco h. e. signis mutuatis a Græco alphabeto, vel systemate Syriaco i. e. punctis minutis de quibus supra, quæque in usu sunt apud Orientales. Verumtamen, Occidentales cum vocalis signum unico puncto constat, i. e. cum  $h^b w^s a$ ,  $\epsilon$   $\eta$   $\alpha$  et  $r w^h a$ , punctum ingens notant, ut mox dicturi sumus, ceteras vocales minutiis punctis figurant more Orientalium (1).

In denominandis vocalibus, Syri Occidentales cum Orientalibus conveniunt quoad sequentes tantam: i. e.  $pt^h \delta h^b$ ,  $zq \delta f$  et  $h^b w^s a$ , quoad duas reliquas vero ab invicem differunt. Sequens tabella exhibet vocalium figuras in usu apud Occidentales juxta utramque systema, necnon earum nomina et valores:

FIG. GRÆC.	FIG. SYR.	NOMEN	VALOR
⤵	◌̣	$\text{اَ}$ $pt^h \delta h^b$	a clausa vel longa
o	◌̣̣	$\text{اِ}$ $zq \delta f$	o
⤵	◌̣̣̣	$\text{اِي}$ $h^b w^s a$	i longa
⤵	◌̣̣̣̣	$\text{اِو}$ $r w^s a$	e clausa vel longa
◌̣̣̣̣̣	◌̣̣̣̣̣ et ◌̣̣̣̣̣̣	$\text{اِو}$ $s^s \delta s^s a$	u

ideoque unamquamque harum duarum vocalium Occidentalis scholæ doctores duplicem putarunt. Attamen duplicitas  $r w^s a$  in ipsa rei natura vel apud ipsos Occidentales, i. e. in ipsa pronuntiatione, rationem habet. Nam quamquam unam tantum figuram  $r w^s a$  habeant Occidentales, in pronuntiatione tamen  $r w^s a$  clausa quam scilicet sequitur littera quiescens, aliquid aliud differt a  $r w^s a$  longa quam scilicet sequitur litteram mobilis. Merito igitur duas zamas posuerunt Syri Orientales.

(1) Barhebræus in sua grammatica dicta  $\text{رظما}$  sentire videtur hoc systema exiguorum punctorum esse Orientalibus proprium. Sed res non ita se habet;

Animadvertendum est Syros Occidentales recentiores constanter solere vocalem  $h^h w\acute{a}s^s a m$  per magnum punctum litteræ  $jod^h$  subjectum notare, sic (⋈); vocalem vero  $h^h w a s^s a m$  quoties respondet  $\epsilon m \acute{a} q \epsilon$  Orientalium per magnum punctum sub littera waw collocatum, sic (⊙); quando autem eorundem Orientalium  $r w \acute{a} h^h \epsilon$  respondet, per magnum punctum super litteram waw positum, sic (⊙), semper designare; quin imo nunquam hæc magna puncta  $h^h w a s^s \epsilon$ ,  $r w \acute{a} h^h \epsilon$  et  $\epsilon m \acute{a} q \epsilon$  omittunt, sed fere semper ea signis a Græcorum alphabeto mutuatis jungunt; pro ceteris autem vocalibus alterutrum systema vel Græcorum signorum scilicet, vel minorum punctorum adhibent. Denique vocales Græcæ vel supra vel infra litteras scribuntur, liberumque est tribus  $\text{⋈}$ ,  $\text{⊙}$  et  $\text{⊙}$  qualemcumque directionem dare. Quod si post litteram venit mater lectionis, figuram Græcam non mater lectionis (ut sæpe evenit in systemate punctorum minorum) accipit, sed littera ipsa, v. gr.  $\text{⋈} \text{⊙} \text{⊙} \text{⊙}$ ,  $\text{⋈} \text{⊙} \text{⊙} \text{⊙}$ , in quibus  $mim$  recipit  $z q a f a m$ ,  $q o f \epsilon s^s a s^s a m$ , nun  $h^h w \acute{a} s^s a m$ ,  $bet^h r w \acute{a} s^s a m$  (1).

nam Jacobus Bartellensis vulgo Tagritensis qui ante Barhebræum floruit apud Jacobitas, diserte testatur hoc systema ab Occidentalibus etiam usitari. Denique codices Jacobitarum multis seculis Barhebræo anteriores hoc systema portant.

(b) Nemo non videt systema Occidentalium nolandi vocales per litteras Græcas præstantius esse quam systema punctorum minorum ad facilius legendum; etenim in hoc ultimo systemate oculus non uno ictu percipit litteras et vocales, cum hæc valde exigua sint relate ad litteras. Deinde hoc systema sæpe impedit quominus  $r a c c a k^h$  a  $q u s^h s^h a j$  distingatur; nam littera quæ  $p l^h \acute{a} h^h \epsilon$  notari debet id est puncto inferiori et superiori, non potest habere punctum  $r a c c a k^h$  neque  $q u s^h s^h a j$ ; littera  $r a c c a k^h$  autem sub qua  $z l a m$  notatur, non potest puncto  $r a c c a k^h$  designari; littera  $q u s^h s^h a j$  autem que  $z q a f a m$  habet, non potest signo  $q u s^h s^h a j$  notari. Item cum  $j o d^h p l^h \acute{a} h^h \epsilon$  habere debet aut  $z l a m$  aut  $h^h w \acute{a} s^s a m$ , signum  $h^h w \acute{a} s^s a m$  non potest accipere ob punctum  $p l^h \acute{a} h^h \epsilon$  aut  $z l a m$ . Hæc et similia systema Græcarum vocalium præferendum reddunt systemati punctorum minorum. Atque vocalium Græcarum systema suo incommodo non caret, cum ob incongruentiam que inter singulas alphabeti Occidentalis id est Jacobitici ex



**31** - Pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am ante litteram quiescentem, pronunciat<sup>r</sup> tamquam fath<sup>h</sup>a clausa Arabum ( َ ): ex. gr. حَتَّكَ ( *hatt* ) *defatigatus es* هَوْنُكَ *havnök<sup>h</sup>* ( *intellectus tuus.* ). Ptâh<sup>h</sup>a vero ante litteram mobilem pronunciat<sup>r</sup> tamquam fath<sup>h</sup>a Arabum, longa scilicet ut A productum ex. gr. سُرْب ( *sürüb<sup>h</sup>* ) *corrupt*, قَاتِل ( *qät'el* ) *occidit*. Ptâh<sup>h</sup>a sola scribi deberet, i. e. sine matre lectionis, sed nonnunquam alaf recipit ut infra videbitur.

**32** - Zqâfa pronunciat<sup>r</sup> ab Occidentalibus uti O Latinorum, *clausum* ante litteram quiescentem, et *longum* ante litteram mobilem, uti superius de ptâh<sup>h</sup>a diximus, ex. gr. حَمِل ( *höjs<sup>h</sup>o* ) *miser* حَوْن ( *cöhno* ) *sacerdos* دَوْر ( *dôro* ) *generatio* حَبْر ( *chövrin* ) *liber noster*. Zqafa semper accipit alaf ut matrem lectionis in fine vocis, ceterum vel sola scribitur, vel cum alaf. Aliquando waw ut matrem lectionis accipit, idque iu vocabulis Græcæ originis tantum et ad imitationem hujus linguæ ut O vocal; فَدَمَس Paulus, أُولَيْمُوس Olympus, مَيْر myrron, pro أَلْمَيْس, فَدَمَس, مَيْر. Syri autem Orientales in similibus verbis scribunt rwâh<sup>h</sup>am pro zqafa.

**33** - H<sup>h</sup>vas<sup>a</sup>a apud Occidentales eandem pronunciationem habet ac apud Orientales. Regulariter autem semper sibi unitam habet litteram jod<sup>h</sup>, attamen cum Occidentales soleant zlamau fortem Orientalium, præsertim quam littera alaf sequitur in h<sup>h</sup>vas<sup>a</sup>am convertere, hinc factum est ut apud eos occurrat frequenter h<sup>h</sup>vâs<sup>a</sup>a

una parte et inter ipsas litteras et figuras Græcæ ex altera existit, non raro evenit ut qui legit nesciat quæ litteræ singulas habere debeant vocales, præsertim in libris impressis.

ante alaf ex. gr.  $\text{ܕܠܐ}$  *justus*,  $\text{ܕܠܘܢܐ}$  *putens*,  $\text{ܕܠܘܢܐ}$  *sermo*. Imo aliquoties Occidentales solent mutare zlamam lenem et fortem quam non sequitur littera alaf neque jod<sup>h</sup> in h<sup>h</sup>vas<sup>s</sup>am, quo fit ut occurrat apud ipsos h<sup>h</sup>vâs<sup>s</sup>a sine matre lectionis alaf vel jod<sup>h</sup>, quod nunquam apud Orientales evenit, ex. gr.  $\text{ܕܠܐ}$  *nox*,  $\text{ܕܠܐ}$  *vivimus*,  $\text{ܕܠܐ}$  *Ge-henna*,  $\text{ܕܠܐ}$  *cymbalum*,  $\text{ܕܠܐ}$  *mundus*, in quibus sane cunctis exemplis h<sup>h</sup>vas<sup>s</sup>ae respondet apud Orientales zlama tenuis ubi sequitur littera quiescens, et zlama fortis ubi mobilis sequitur. Observa vocalem h<sup>h</sup>vas<sup>s</sup>am Occidentalium quæ sine matre lectionis vel cum alaf scribitur, non posse notari uisi signo græco  $\text{ϵ}$ , nam signum puncti minuti non potest scribi nisi cum jod<sup>h</sup>. Occidentales recentiores in adductis exemplis aliisque similibus post h<sup>h</sup>vas<sup>s</sup>am alaf otiosum erronee addunt, scribentes, v. g.  $\text{ܕܠܐ}$ , vel jod<sup>h</sup> redundans, ut  $\text{ܕܠܐ}$  pro  $\text{ܕܠܐ}$ , et  $\text{ܕܠܐ}$  pro  $\text{ܕܠܐ}$ .

34 - Rvâs<sup>s</sup>a ante litteram quiescentem pronunciat ut zlama Orientalium, videlicet ut littera E clausa, ex. gr.  $\text{ܕܠܐ}$  (*h<sup>h</sup>awjo*) *serpens*,  $\text{ܕܠܐ}$  (*malh<sup>h</sup>o*) *sal*; ante litteram vero mobilem aut alaf aut jod<sup>h</sup> quiescentia pronunciat ut tamquam zlama fortis Orientalium, ex. gr.  $\text{ܕܠܐ}$  (*édôno*) *tempus*,  $\text{ܕܠܐ}$  (*tébo*) *fama*  $\text{ܕܠܐ}$  (*ék<sup>h</sup>ûl*) *edam*,  $\text{ܕܠܐ}$  (*hólén*) *isti*,  $\text{ܕܠܐ}$  (*géro*) *telum*,  $\text{ܕܠܐ}$  (*qórén*) *vocant*.

35 - S<sup>s</sup>as<sup>s</sup>a complectitur duplicem vocalem Orientalium i. e. rwâh<sup>h</sup>am et <sup>s</sup>maqam, et semper cum waw concomitante scribitur, exceptis tantum duabus vocibus supra memoratis,  $\text{ܕܠܐ}$  *omnis*  $\text{ܕܠܐ}$  *propter*. Pronunciatur

autem tamquam U Latinorum, clausum quidem ante quiescentem, ut **كَمْرُو** (*umro*) habitatio, longum vero ante litteram mobilem, ut **مَمْرُو** (*s<sup>h</sup>úqo*) forum.

**36** — Ex tota hac perquisitione facile colliges singulas vocales ab Occidentalibus ante litteras quiescentes clausas pronunciari, ante mobiles autem longas; iasuper tres esse apud Occidentales vocales quarum unaquæque respondet duabus vocalibus Orientalium, et hanc admodum ob causam Barhebræus in sua grammatica cui titulus **مَقَامَاتُ** recenset duplicem *rvâs<sup>s</sup>am*, duplicem *h<sup>h</sup>vâs<sup>s</sup>am* et duplicem *ʿs<sup>s</sup>as<sup>s</sup>am*, quarum omnium alteram longam, alteram brevem nuncupat. Juxta ipsum igitur, *rvâs<sup>a</sup>* longa Occidentalium respondet *zlamæ* leni Orientalium, *rvâs<sup>a</sup>* vero brevis respondet *zlamæ* forti; item *h<sup>h</sup>vâs<sup>a</sup>* longa Occidentalium respondet *h<sup>h</sup>vâs<sup>s</sup>æ* Orientalium, *h<sup>h</sup>vâs<sup>a</sup>* autem brevis illorum respondet *hornum* *zlamæ* forti quæ habet litteram *jod<sup>h</sup>* concomitantem; tandem *ʿs<sup>s</sup>as<sup>a</sup>* longa Occidentalium respondet *ʿmaqæ* seu *rvâs<sup>s</sup>æ* Orientalium, brevis autem respondet eorundem *rwâh<sup>h</sup>æ*.

Denique quælibet vocalis quæ afficit penultimam litteram vocis cujus littera finalis quiescens est, pronuncietur longa seu producta. Ex. g. **مَرَانُ** (*mórân*) dominus noster, **زَلُّ** (*zél*) ito **مَرَانُ** (*qrôn*) vocavit nos, **رَهْبُونُ** (*rahbûn*) arrha **وَأَمَّا** (*ps<sup>h</sup>audil*) promisisti. Hic autem usus producendi ultimam vocabuli syllabam quæ consonanti terminatur, novitas est recentiorum Occidentalium quoad syllabas quarum vocales clausæ sunt. Nam hæc productio universalis ultimæ syllabæ non habet vestigium in ulla ex tribus dialectis vulgaribus Syriacis

quæ usque in hodiernam diem conservatæ sunt, nimirum Assyriaca, Tur:abdinensi et Mar:ululana; in quibus profecto omnibus ultimæ syllabæ vocum non solent ut plurimum produci.

Omnia quæ n. 29 et seq. de vocalibus Syr. Orient. disseruimus, ad adamussim vocalibus Syrorum Occidentalium quadrant, unde haud opus est ea repetere.

---

## CAPUT V

### DE HIS IN QUIBUS OCCIDENTALES CUM ORIENTALIBUS CONVENIUNT IN PRONUNCIATIONE VOCALIUM

**37** – Si præcedens cap. cum penultimo conferas, manifestum tibi erit Occidentales modo cum Orientalibus in pronuntiatione vocalium convenire, modo ab iis discordare. Igitur, ut ea in quibus conveniunt recapitulemus: – I° Eodem modo pronuntiant pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am et zlamam longam quas non sequatur geminatio, zlamam brevem et ʿs<sup>s</sup>as<sup>s</sup>am, nam eundem sonum ab ore unius hominis ex alterutra gente audis. – II° Strictura seu clausura et productio vocalium est eadem, excepta strictura geminationis quam Occidentales in productionem semper convertunt. – III° Conveniunt in eo quod quæcumque vocalis quam littera quiescens (non mater lectionis) sequatur, elausa pronuntietur, sive in eadem voce sive in duabus vocibus conjunctis, etiamsi ea longa esse deberet, nunquam enim apud Syros recentiores dari potest vocalis longa quam quiescens sequatur, seu, ut dicunt Grammatici Europæi, nunquam dari potest syllaba longa quæ in consonantem exeat, nisi in fine vocis. Igitur pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a

in  $\text{قَافَا}$ , zqafa in  $\text{قَافَا}$ , uqa in  $\text{قَافَا}$ , rvas<sup>a</sup> et  
 rwah<sup>h</sup>a in  $\text{قَافَا}$ , h<sup>h</sup>vas<sup>a</sup> in  $\text{قَافَا}$ , pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a in  
 $\text{قَافَا}$ , rvas<sup>a</sup> ia  $\text{قَافَا}$ , h<sup>h</sup>vas<sup>a</sup> apud Occidentales  
 in  $\text{قَافَا}$ , zlama brevis apud Orientales in  $\text{قَافَا}$ .  
 hæ omnes vocales clausæ pronunciantur eadem ratione  
 ab utraque gente, quamquam perperam quoad vocales  
 quæ longæ natura sunt. E contra omnis vocalis quam  
 littera mobilis sequatur, semper ut longa hodie pronun-  
 ciatur, etiamsi brevis aut clausa esse ipsa deberet; igi-  
 tur zqafa in  $\text{قَافَا}$ , s<sup>s</sup>as<sup>a</sup> in  $\text{قَافَا}$ , pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a in  $\text{قَافَا}$  apud  
 Orientales, zqafa in  $\text{قَافَا}$  apud Orientales, pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a et  
 zqafa in  $\text{قَافَا}$ , rvas<sup>a</sup> in  $\text{قَافَا}$  et in  $\text{قَافَا}$ ,  
 rvas<sup>a</sup> in  $\text{قَافَا}$  apud Occidentales, omnes hæ voca-  
 les ab utraque gente longæ efferuntur, quamquam per-  
 peram quoad vocales quæ natura breves aut clausæ sunt.  
 Denique sciendum est in lingua Syriaca, nisi in mono-  
 syllabis, nullam vocem existere cujus extrema syllaba  
 vocali terminata cum productione pronuncietur, seu, ut  
 grammatici Arabes dicunt, productione productionis  
 efferatur, seu, ut grammatici Itali dicunt, accentum  
 habent ut vocibus Italicis *beltà*, *andré*, vel Gallicis  
*bonté*, *forma*, vel Arabicis *سَاءَ*, *حَمْرَاءَ*, *عَلَوَ*; ultima enim  
 syllaba apud Syros, vocali terminata, semper retrahit  
 accentum ad præcedentem syllabam (I). – IV° Denique  
 conveniunt Orientales cum Occidentalibus in eo quod in-  
 tactam relinquunt extremam vocabuli vocalem si eam

(I) Judæi in dialecto Syriaca Chaldaica quam ipsi conservant, A finale  
 semper cum accentu efferunt, dicentes, v. g.  $\text{قَافَا}$ ,  $\text{قَافَا}$  *calbā*, *audā*. Incertum  
 est tamen utrum veteres Babylonii ita pronunciaserint. Certe nulla dialectus Sy-  
 riacæ ex viventibus talem accentum habet.

sequitur vox a littera quiescenti incipiens, sive longa sit ea extrema vocalis sive clausa, ex. gr. **صَاهُ هَوَّ**; **مُصَافَكَا كَمَّ حَمَلًا مَافَا** in quo exemplo utrique u in **صَاهُ** cum productione efferunt, item secundam p<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am in **هَوَّ** et **حَمَلًا**; hi enim dicunt: *Mannü-hänü-dammälél-ámmán-bjälü-râma*; illi autem: *Mänü-hinó d<sup>h</sup>ammälél-ámán-bjäló-rimr*. Cave ne hic confundas accentum eui productione vocalis. At si secunda vox a littera quiescente incipit, cessat productio, ex. gr. **مَقَبْ حَنَسَمَا**; lege *qúwi-rrüh<sup>h</sup>qo*.

—◆◆◆—  
CAPUT VI

DE DIVERSITATE PRONUNCIATIONIS INTER ORIENT. ET OCCIDENTAL.  
ET DE GENUINA ET PRIMITIVA PRONUNCIATIONE  
LINGUÆ SYRIACÆ.

**38** - Ex iis quæ præcedentibus capitibus disse-  
ruimus, colligitur Occidentales ab Orientalibus quoad  
pronunciationem in sequentibus discrepare: - I° Quod  
Occidentales nunquam litteras geminant. - II° Quod zqa-  
fam ab Orientalibus ut A prolatam, ipsi pronunciant ut  
O. - III° Quod rwal<sup>h</sup>am a vmaqa non distinguunt, sed  
utramque confundentes ut U pronunciant. - IV° Quod  
in plurimis, imo fere omnibus vocibus et in multis formis  
grammaticalibus convertunt zlamam E in h<sup>h</sup>vas<sup>s</sup>am I, ex.  
**لَامِنَ** *justus*, **مَمَامَا** *argentum*, **لَامِنَ** *orbis terrarum*, **لَامِنَ**  
*dicet*, pro **لَامِنَ**, **مَمَامَا**, **مَمَامَا**, **مَمَامَا**. Quibus omnibus  
adde: V° Quod Occidentales in aliquibus locis vel voci-  
bus vocalem mutant in aliam, ut zlama pro p<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a in

ܘܘܪܝܢ *prodigium*, pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am pro zlama in ܘܘܪܝܢ *pactum*; de quo fusius ad calcem partis grammaticæ materialis agetur. Hujusmodi vocalium diversitas inter Occidentales et Orientales solemniss est in vocabulis Græcæ originis, in quibus tamen errant Orient. rectum habent Occid. exemp. gr. (ܘܘܪܝܢ) *evangelium*, (ܘܘܪܝܢ) *episcopus* (ܘܘܪܝܢ) *pretorium*, quæ nomina Orientales aliquantulum deformant dicentes ܘܘܪܝܢ ܘܘܪܝܢ ܘܘܪܝܢ.

39 - Tandem: VI<sup>o</sup> Orientales discrepant ab Occidentalibus in orthographia vocalium vocabulorum exoticorum, præsertim Græcorum in quibus cæterequin Orientales cum Occidentalibus quoad pronunciationem conveniunt: sic v. g. vocalis A Græcorum exprimitur ab Orientalibus per zqafam, ab Occidentalibus vero per pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am, ex. gr. ܘܘܪܝܢ APA, ܘܘܪܝܢ ܘܘܪܝܢ ΔΙΑΘΗΚΗΝ. Vocalis O Græcorum ab Orientalibus exprimitur per rwah<sup>h</sup>am, ab Occidentalibus autem per zqafam, ex. gr. ܘܘܪܝܢ MALLON *cum duobus lamadh*, ܘܘܪܝܢ ΘΡΟΝΟΣ. Imo Occid. sæpe mutant O Græc. in U, idest rwah<sup>h</sup>am Orient. in imaqam, ut faciunt in vocibus Syr. ut ܘܘܪܝܢ pro ܘܘܪܝܢ MYRON. Solent quoque Occidentales in vocibus Græcis in Syriacum sermonem adscitis cum vocali matrem lectionis redundantem illi analogam scribere, scilicet alaf cum pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a, waw cum zqafa, et sæpe he cum rvas<sup>a</sup>. Exinde sæpe fit ut vocabula exotica plerumque diverse reperiantur scripta apud Orientales ac apud Occidentales.

40 - Modo prætermissa diversitate vocalium quæ extat inter Orientales ac Occidentales quoad nonnullas



voces, agendum nobis est in genere de intrinseco valore pronunciationis vocalium in quibus Occidentales ab Orientalibus differunt, necnon inquirendum est quodnam systema ex duobus sit rectius vetustiusque, praesertim quoad valorem vocalis *zqafæ* et quoad geminationem litterarum. Primo igitur praemittimus Barhebraeum tum in sua fusiori grammatica composita soluta oratione, tum in breviori metrica quoad utramque positam quaestionem, systema Occidentalium i. e. suae sectae praetulisse alteri Orientalium, nullo tamen prolato historico aut philologico argumento. Attamen (citra defectus quosdam quos Orientales in pronunciatione committunt, de quibus egimus supra) systema Orientalium omnino verum et genuinum est. Plura argumenta ad id probandum praesto sunt, quorum praecipua commemoramus:


I° Veteres scriptores Graeci et Latini cum citant dictiones Syr. figuratas suis alphabeticis characteribus, illas dictiones proferunt juxta systema pronunciationis Oriental. minime vero juxta systema Occidental. Tales sunt locutiones Syriacae adhibitae et expressae litteris Graecis in N. Testamento: sic I Corinth. XVI, 22 ΜΑΡΑΝΑΘΑ (1), *Maran atha* מֵרָנָא אֱתָא minime vero *Moran atho*; item Matth. XXVII, 46 *Eloi eloi lama sabachthani* אֱלֹהִים אֱלֹהִים לָמָּה סַבְּחָתָנִי minime vero *Eloi Eloi lamo sabachthoni*; similiter quoque Marc. V, 41 *Talitha cumi* תַּלְיָתָא כּוּמִי minime autem *Talitho cumi*.

(1) Vox מֵרָנָא habet p<sup>h</sup>at<sup>h</sup>am ad primum alaf, quia sic ferebat dialectus Chaldaica quae in Palaestina tunc vigeat, quod ceteroquin verius est quam pronunciatione hodierna illius alaf cum zlama. Habet Syriaca lingua litteralis (apud Orientales) et hodie vestigium huius pronunciationis cum alaf in verbis מֵרָנָא, מֵרָנָא, מֵרָנָא, מֵרָנָא de quibus n. 376.



41 - II<sup>o</sup> Syri Chaldæi h. e. Babylouenses tempore Danielis videlicet plusquam 600 anis ante Christum linguam Aramaicam ipsis vernaculam uti hodierni Syri Orientales quoad valorem zqafæ et geminationem litterarum pronuciabant. Testis est prophetia ipsius Danielis scripta lingua Aramaica, circa quam nullum dubium moveri potest quoad pronuciationem cum scripta sit characteribus et vocalibus usu vigentibus apud Hebræos de quorum pronuciatione nullum profecto ortum est vel oriri potest dubium. Claritatis causa juvat hic proferre fragmentum depromptum ex Cap. III, 1 Danielis expressum hodiernis Syrorum Occidentalium characteribus et instructum vocalibus Græcis, affixo insuper signo Arabico duplicationis litterarum, adamussim prouti hic locus

Danielis legitur ab Hebræis :  Sic Daniel. cap. 1, 4 :  Ex quibus vides sane inde ab illa ætate veterum illorum Orientalium Aramæorum pronuciationem fuisse eandem ac hodiernorum Orientalium.

42 - III<sup>o</sup> Notum compertumque est eruditis Syriacam, Arabicam et Hebraicam linguas emanare ex uno eodemque stipite. Atqui Syrorum zqafæ et geminationi respondet fath<sup>h</sup>a et geminatio Arabicæ, et Syrorum geminationi respondet geminatio Hebraica. Sufficiat comparationem inter Arabicam et Syriacam linguam instituire, et primo quoad zqafam. Ex. gr. 

(*erus*); **نَجَّ** (infula); **كُتِبَ** (codex); **غَالِبٌ** (*vincens*); **سَلَامٌ** (*pax*); **ضَمٌّ** (*surrexit*); **لِغْمٌ** (*lingua*); **بَانٌ** (*œdificans*); aliaque infinita exempla tum inter singulas voces tum in formis nominum et verborum grammaticis, in quibus omnibus *zqafæ* respondet *fathâ* Arabum sequente *alaf*, minime vero *d<sup>h</sup>amma*. Exempla quoad geminationem: **عَلٌّ** (*acetum*); **مِينٌ** (*dens*); **سَهْوَةٌ** (*dilectio*); **بَكْمَةٌ** (*patruus*); **لُبٌّ** (*cor*). Similia exempla exhibent formæ nominum verborumque quæ in Arabica lingua geminationem habent. Tales sunt in verbis forma *فَعَّلَ*, et conjugatio verbi geminati regulariter, ex. gr. **حَكَّمَ** (*instruxit*); **فَعَّلَ** (*occidit*); **فَعَّلَ** (*explicavit*); **بَرَّوِي** (*prædati sunt me*); item quoad nomina regulariter formæ *فَعَالٌ* et *فَعِيلٌ* ex. gr. **جِيغَارٌ** (*gigas*); **دَبَانٌ** (*judex*); **فِدَانٌ** (*aratum*); **فِدَانٌ** (*sanctus*); **وَدْبَانٌ** (*justus*).

43 - IV° Idem clare probatur ex canone qui determinat sonum asperum **مُهْمَلٌ** et lenem **وَهْفٌ**. Siquidem quotiescumque littera geminatur apud Orientales, illa littera (si una sit ex litteris **ح**, **س**, **ه**, **خ**, quæ duplicem sonum habent, videlicet *asperum* et *lenem*) illa, inquam, littera sonum *asperum* habet etiam apud Occid. ea profecto de causa, quod, quum sit geminata, æquivaletque duabus litteris quarum prima est quiescens, illa littera geminata debet proinde legi aspera quatenus

(1) Nomen **جِيغَارٌ** erat in origine sine uun **جِيغَارٌ**, sed postea ut distingueretur a **جِيغَارٌ** (*vir*), ei additum fuit *nun*.

est littera quiescens veniens post vocalem v. g. ܐܘܢܐ ( *justificari* ), ܐܘܢܐ ( *aperuit* ): in suppositione autem quod geminatio non esset admittenda, uti contendunt Occidentales, in prefatis exemplis litteræ *ܣ* et *ܥ* lenes, minime vero *asperæ* legendæ essent, ut in ܠܘܥܘܢܐ ( *vincens* ) et ܐܘܢܐ ( *aperiens* ). Vide infra canones de sono leni et aspero.

V° - Idem patet ex vocibus Syriacis quas Arabes mutuati sunt, quas scilicet Arabes post propagationem Christianismi in Orientem ex Syriaca in suam propriam linguam introduxerunt, quæ quidem voces præcipue ad religionem spectant. Jam vero ista vocabula, eo modo quo ab Arabibus adhibentur, aperte testantur pro genuinitate Orientalis pronunciationis et improbant Occidentalium pronunciationem. Sic Arabes formarunt v. g. *ܦܘܫܐ* ex ܦܘܫܐ ( *presbyter* ), ܦܘܫܐ ex ܦܘܫܐ ( *diaconus* ), ܦܘܫܐ ex ܦܘܫܐ ( *visitator* ), ܦܘܫܐ ex ܦܘܫܐ ( *Masrianus* ), ܦܘܫܐ ex ܦܘܫܐ ( *Baptista* ), ܦܘܫܐ ex ܦܘܫܐ ( *baptisma* ), ܦܘܫܐ ex ܦܘܫܐ ( *missa* ). Et alia plerima exemp. in quibus quidem omnibus vocabulis retenta fuit geminatio ubi existit in Syriaco, et *zqafa* Syriaca traducta fuit per *fatham longam*, prorsus juxta pronunciationem Orientalem. Ex his argumentis aliisque deducitur evidenter systema Orientalium non modo non esse reprehendendum neque condemnandum sed omnino uti pristinum et exactum systema habendum esse; et e converso Occidentalium systema tanquam corruptionem judicandum esse, vel provincialismum recenter inductum unique familiae ex familiis Syriacæ nationis proprium non vero toti genti

fuisse dicendum (I). Ex ultimo exposito argumento deducere licet incolas Syriae et Palaestinae in priscis illis

(II) Veritas nos compellit ut falcemur prononciationem zqafae Occidentalium habere vestigium in antiquitate. Etenim Syri hodierni Curdistani et Assyrii prononciant in sua lingua Syriaca vulgari zqafam quae praecedit suffixum secundae personae singularis juxta Occidentales, non juxta Orientales, ita v.g. dicunt **ܕܥܝܢܝܗܘܢ** (*ajnoh<sup>h</sup>*) oculus tuus, **ܕܡܢܢܘܗܝܐ** (*mānoh<sup>h</sup>*) a te, minime vero **ܐܝܢܘܗܝܐ** et **ܡܢܢܘܗܝܐ**. Immo zqafae Syrorum fere semper respondet in Hebraica lingua (quae est germana soror Syriacae) rwa<sup>h</sup>ta, sic v. g. Hebraei dicunt: **ܐܠܘܗܝܡ** (*eloh<sup>i</sup>*) (**ܐܠܘܗܝܡ**) Deus; **ܐܢܝ** (*ani*) (**ܐܢܝ**) non; **ܠܫܘܢܐ** (*lashōn*) (**ܠܫܘܢܐ**) lingua; **ܩܘܠ** (*qūl*) (**ܩܘܠ**) vox; **ܫܘܠܚܐ** (*shōl<sup>h</sup>*) (**ܫܘܠܚܐ**) erus; **ܫܘܢ** (*shōn*) (**ܫܘܢ**) armentum. Item penes Hebraeos in forma participii activi respondet zqafae Syrorum rwa<sup>h</sup>ta, v.g. **ܩܘܠܝܢܐ** (*qōllēn*) (**ܩܘܠܝܢܐ**) occidentens; **ܩܘܠܝܢܐ** (*qōllēn*) (**ܩܘܠܝܢܐ**) jubens; **ܫܘܠܚܐ** (*shōl<sup>h</sup>*) (**ܫܘܠܚܐ**) obtinens. Praeterea terminatio plur. fem. apud Hebraeos habet waw non alaf ante law, sic v. g. dicunt **ܒܘܬܘܬܐ** (*but<sup>h</sup>*) (**ܒܘܬܘܬܐ**) filiae, **ܩܘܠܝܢܐ** (*qōllēn*) (**ܩܘܠܝܢܐ**) horti. Ex quibus omnibus concludimus A longum in linguis Semiticis a pristina zelato prononciatum fuisse ab aliquibus populis veluti O. Ita sane vulgus in aliquibus locis Syriae Occidentalis arabico loquens saepe A longum ut O efferit; sic Syri Matlula in territorio Damasci quamvis Oriental. more litteras geminent nec non zqafam in fine vocum uti A prononciant, nihilominus zqafam mediam veluti O efferunt. Soli Syri qui degunt in montibus Turabdin litteras non geminant, et zqafam semper more Occidentalium uti O prononciant. Quoad discrimen autem intercedens inter Orientales et Occidentales circa zlamam duram Orientalium quam Occidentales plerumque in h<sup>h</sup>vās<sup>h</sup>um Inmutant, iudicandum est pro usu Orientalium: - I° Quia Hebraea lingua in hoc cum Orientalium prononciatione convenit, sic **ܕܢܝܫܐ** (*dnīsh<sup>h</sup>*) (**ܕܢܝܫܐ**) justus; **ܕܢܝܢܐ** (*dnīn<sup>h</sup>*) (**ܕܢܝܢܐ**) dolor; **ܕܢܝܢܐ** (*dnīn<sup>h</sup>*) (**ܕܢܝܢܐ**) puteus; **ܕܢܝܢܐ** (*dnīn<sup>h</sup>*) (**ܕܢܝܢܐ**) orbis terrarum. - II° Idem patet ex vocabulis Syriacis Graecae originis in quibus littera E aut H reperitur, v. g. **ܩܘܠܝܢܐ** (*qōllēn*) (**ܩܘܠܝܢܐ**) (*foedus*), quod nomen prononciandum est reapse **ܩܘܠܝܢܐ** uti prononciant Orientales. - III° Antiquissima dialectus Aramaica quae Chaldaica dicitur, testis est pro causa Syrorum Orientalium. - IV° Omnes populi qui hodie lingua Syriaca vulgari utuntur, prononciant ut Syri Orientales, in Assyria, in Tur Abdin, in Ma<sup>h</sup>lula ceterisque locis, dicunt enim **ܩܘܠܝܢܐ** *petra*, **ܩܘܠܝܢܐ** *argentum*, **ܩܘܠܝܢܐ** *lupus*; nullus est populus hodie Syriacae

seculis non pronunciasse linguam Syriacam juxta systema Occidentalium seu Edessenorum, sed potius juxta systema Orientalium seu Nisibenorum et nonnisi posteriori ætate systema illud Occidentale in Syriam finitimasque regiones ex Mesopotamiæ oris per Jacobitismum (1) pervenisse, et in usu incolarum Syriæ prævaluisse, quando jam in illis regionibus Syriaca lingua litteralis vernacula esse cessaverat. Ratio est quia Christiana Ecclesia in Syriæ regionibus origines suas habuit, atque exinde non vero ex regionibus Syrorum Orientalibus Arabes mutuati sunt vocabula Syriaca quæ in suam linguam introduxerunt.



lingua loquens qui in hujusmodi vocibus h<sup>l</sup>vassam proferat pro zlama. - V<sup>o</sup> Dentque hanc zlamam ipsi Occidentales per alaf scribunt etiamsi ex jod<sup>h</sup> derivata sit ex . gr . **ܐܘܢܐ** dicemus, **ܚܘܘܐ** festum, **ܠܘܕܝܘܐ** generabit, **ܠܘܘܐ** hæres erit; quorum duo extrema verba ab **ܠܘܡ** et **ܠܘܐ** veniunt. Jamvero si hujusmodi vocabula antiquitus pronunziata essent cum h<sup>l</sup>vassâ, ea scripta essent non cum alaf sed cum jod<sup>h</sup> quod necessariam relationem habet cum h<sup>l</sup>vassâ, præsertim ea in quibus alaf est pro jod<sup>h</sup>.

Denique quod attinet ad suppressionem geminationis, fateamur eam non omnino abesse ex dialectis vernaculis. Etenim in Tur Abdin geminatio fere omnino inaudita est ut mox diximus. In dialecto Assyriæ non raro supprimitur geminatio initio vocis, dicitur enim, v. g. **ܕܘܫܩܘܢܐ** longinquus, **ܕܘܫܩܘܢܐ** antiquus, **ܠܘܚܕܝܩܐ**, **ܠܘܚܕܝܩܐ** siue geminatione et siue productione etiam. Observandum est tamen geminationem harum similiumque vocabulorum quam Syriaca lingua litteralis habet, non esse legitimam. ( v. n. 107, 6 ) unde hoc exemplum parum probat contra legem geminationis.

(1) Unde confirmatur conjectura quam ubi expressimus, nempe Melchitas Syriæ acque ac Palestina linguam Syriacam pronunciasse more Orientalium, Maronitasque a Jacobitis didicisse pronunciationem Occidentalem.

## CAPUT VII

## DE SIGNIS DIACRITICIS

44 - Grammatici Syri orthographica signa, præter litteras alphabeti et vocalium figuras, **كَمَشَقِير**, seu notas distinctivas nuncupant. Hic autem sermo est de pûh<sup>h</sup>âmîs orthographicis seu grammaticis; nam præter has exstant aliæ etiam pûh<sup>h</sup>âmæ dictæ rhetoricæ, quæ, cum levi diversitate inter Orientales et Occidentales, numerosissimæ sunt: nonnulli eas ad quadraginta et amplius recensuerunt. Latine dicerentur *Accentus*, nam simillimæ sunt accentibus rhetoricis Hebræorum. Hi Syrorum accentus consistunt omnes uno vel ad summum tribus punctis magnis non quadratis ut sunt cetera puncta orthographica, sed rotundis, diverso modo notatis ad finem diversorum sermonis membrorum ut dirigant lectoris vocem juxta diversitatem sensus. Hi accentus pertinent tantum ad Biblia sacra V. et N. Testamenti, in quorum textu his accentibus recensendo per membra vel ut ita dicam per verba, arduos ac summos exantlarunt labores doctores Syrorum tum Orientalium tum Occidentalium. Ideo omnia fere Bibliorum exemplaria a tempore quo hoc accentuum systema inventum est usque ad proxime elapsam seculum exarata, his accentibus insignita sunt. Attamen cum hi accentus seu pûh<sup>h</sup>âmæ rhetoricæ his temporibus obsoletæ sint eorumque exacta doctrina perdita sit, malumus eorum minutam explicationem omittere ne lectorum mentes inutiliter turbentur(1).

(1) De his accentibus docto scripsit Duval in sua grammatica sæpius citata

45 - Igitur ut ad pûhâmas orthographicas restringamus sermonem, præcipuum ex his pûhâmis seu signis diacriticis eminet lineola paulisper inclinata quæ litteræ superimponitur vel infra ponitur; lineolam autem Syri grammatici <sup>٩</sup>مَنْزِلَة vocant. Hujusmodi porro lineolæ tres numerantur species, quarum una dicitur <sup>٩٩</sup>مَنْزِلَة مَهْجَانَة *mhagjâna* (i. e. movens seu litteram mobilem efficiens), altera <sup>٩٩</sup>مَنْزِلَة مَرْكَبَانَة *markabâna* (i. e. accelerans), tertia tandem nuncupatur <sup>٩٩</sup>مَنْزِلَة مَرَاتِلَانَة *mratlâna* (i. e. suppressans seu occultans).

46 - Lineola *mhagjâna* infra scribitur litteræ quiescenti quam sequitur immediate altera littera quiescens, seu aliis verbis infra notatur media inter duas litter. quiescentes successive concurrentes, ad indicandum primam ex duabus concurrentibus litteris quiescentibus legendam esse, causa facilitandæ pronounciationis, cum rvasâ clausa; et Occidentales quidem solent universali regula primam ex duabus successive quiescentibus dummodo concurrant in una eademque voce, mobilem cum rvasâ uti dictum est, pronounciare. Exempla <sup>٩٩</sup>مَلَا (timor), <sup>٩٩</sup>أَمَلَا (portatus fuit), <sup>٩٩</sup>مَنْزِلَة (occidentalis), <sup>٩٩</sup>أَمَدَا (saturabuntur), in quibus pronounciandis adjiciunt rvasâam clausam primæ ex duabus litteris quiescentibus, legentes: <sup>٩٩</sup>مَلَا, <sup>٩٩</sup>أَمَلَا, <sup>٩٩</sup>مَنْزِلَة, <sup>٩٩</sup>أَمَدَا. l. *d'hhq̄ltho*, *eshstq̄l*, *mârrôjo*, *nâsabiân*. Porro hæc rvasâ addita pronounciatur quidem sed non notatur, imò ipsam lineolam *mhagjâna* perraro vel fere nunquam orthographice notant Occidentales.

et autè cum presbyter Martin in opusculo speciali.

47 - Quod si secunda ex duabus litteris quiescentibus sit jod<sup>h</sup>, tunc *mhagjana* efficit ut prima quiescens legatur mobilis non cum *vas<sup>a</sup>*, sed cum *h<sup>h</sup>vas<sup>a</sup>* et quidem scribendo etiam; sin autem secunda quiescens sit waw, tunc prima quiescens fit mobilis cum *ts<sup>a</sup>as<sup>a</sup>* scribenda. Exempla. 1'  $\text{ܘܢܘܦܘܩܘܢܐ}$  (*cognoscitur*), 2'  $\text{ܘܢܘܦܘܩܘܢܐ}$  (*gaudent*), pro  $\text{ܘܢܘܦܘܩܘܢܐ}$  et  $\text{ܘܢܘܦܘܩܘܢܐ}$ . Item si secunda littera quiescens sit alaf, tunc *vas<sup>a</sup>* efferenda primæ quiescenti adjicitur tum in pronuntiatione tum in scriptura, quia necessario efferri debet ante alaf sicut et ante jod<sup>h</sup>, non ad libitum ut cum aliis litteris, sic v.g. legitur et scribitur  $\text{ܘܢܘܦܘܩܘܢܐ}$  pro  $\text{ܘܢܘܦܘܩܘܢܐ}$  (*dicitur*).

48 - Hæc dicta sunt de usu *mhagjanæ* apud Occidentales. Orient. autem non solent adhibere *mhagjanam* nisi in casu quo secunda ex duabus quiescentibus concurrentibus sit una ex sequentibus litteris quæ formant istam dictionem  $\text{ܘܢܘܦܘܩܘܢܐ}$ . Ex. gr.  $\text{ܘܢܘܦܘܩܘܢܐ}$  (*illuminant*),  $\text{ܘܢܘܦܘܩܘܢܐ}$  (*correctus fuit*),  $\text{ܘܢܘܦܘܩܘܢܐ}$  (*nascitur*),  $\text{ܘܢܘܦܘܩܘܢܐ}$  (*habitaculum*),  $\text{ܘܢܘܦܘܩܘܢܐ}$  (*lolor*),  $\text{ܘܢܘܦܘܩܘܢܐ}$  (*manducatus fuit*),  $\text{ܘܢܘܦܘܩܘܢܐ}$  (*traditi*),  $\text{ܘܢܘܦܘܩܘܢܐ}$  (*vineæ eorum*). Cum prædictis litteris numerant quoque litteram *h<sup>h</sup>eth* in voce  $\text{ܘܢܘܦܘܩܘܢܐ}$  (*sacrificium*), quæ quidem littera *h<sup>h</sup>eth* efficit litteram *beth* præcedentem in hac tantum voce ex quiescente mobilem cum *zlama*, unde legunt  $\text{ܘܢܘܦܘܩܘܢܐ}$  l. *dnoweh<sup>h</sup>etha* (I). Præterea excipiunt a regula præcedenti sequentes voces:  $\text{ܘܢܘܦܘܩܘܢܐ}$  (*accelerans*),  $\text{ܘܢܘܦܘܩܘܢܐ}$  (*baptista*),  $\text{ܘܢܘܦܘܩܘܢܐ}$  (*collum eorum*),  $\text{ܘܢܘܦܘܩܘܢܐ}$  (*taurus ei-*

<sup>h</sup> Occidentales pronunciant  $\text{ܘܢܘܦܘܩܘܢܐ}$  *dērah<sup>h</sup>etha*.



rum),  $\text{٤٥٣٣٥٣}$  (*quartum eorum*): in quibus vocibus quamvis secunda quiescens sit una ex litteris comprehensis in dictione  $\text{٤٥٣٣٥٣}$ , de qua supra, tamen prima quiescens remanet quiescens.

49 - Contrarium mhagjanæ est *marh'ana*, que est lineola superna que imponitur apud Orientales primæ ex duabus litteris successivis quiescentibus ad indicandum illam litteram legendam esse quiescentem, i. e. non movendam per mhagjanam, idque locum habet quoties secunda quiescens sit alia quam una ex novem illis comprehensis in  $\text{٤٥٣٣٥٣}$ . Exempla:  $\text{٤٥٣٣٥٣}$  (*portatus fuit*),  $\text{٤٥٣٣٥٣}$  (*saturabuntur*),  $\text{٤٥٣٣٥٣}$  (*gaudet*): in quibus exemplis aliisque similibus prima quiescens effertur uti est i. e. quiescens, l. *ps'iqel, nəs'ân, nêthp-s'ah*.

50 - *Mrat'ana* (*supprimens*) est lineola superna que imponitur litteræ ad indicandum illam litteram supprimendam seu occultandam esse in pronuntiatione. V. g.  $\text{٤٥٣٣٥٣}$  (*tu es*) l.  $\text{٤٥٣٣٥٣}$  *attū* per suppressionem *nun* et *he*. Sunt quidam qui lineolam *mrat'ana* sub litteram collocant, quod in more est plerorumque Occidentalium.

51 - Superius diximus Occidentales solere primam ex duabus litteris quiescentibus concurrentibus in una eademque voce mobilem cum rvas<sup>a</sup> efferre; modo insuper addimus eosdem ex duabus litteris quiescentibus post invicem occurrentibus in duabus vocibus, illam primam h. e. ultimam prioris vocis mobilem item cum rvas<sup>a</sup> legere, quin scribant tamen rvas<sup>a</sup>am, v. g.  $\text{٤٥٣٣٥٣}$  (*cum viderit*),  $\text{٤٥٣٣٥٣}$  (*tu vocasti*),  $\text{٤٥٣٣٥٣}$  (*in æternum laniabunt te*), pronunciant veluti si essent

1.  $\text{cād}^h\text{āh}^h\text{zō}$ ,  $\text{āt-grajl}$ ,  $\text{l'ólām}$ ,  $\text{ns}^h\text{abh}^h\text{ūnōk}^h$ .

**52** - Orientales vero grammatici ultimam vocis præcedentis quiescentem quam sequitur quiescens in altera voce non solent mobilem legere, sed potius producunt motionem præcedentem, quod indicant apposita ultimæ illi litteræ præcedentis vocis lineolâ ei parallelâ, quam lineolam  $\text{نېدֿ}$  h. e. *protrahentem* vocant. Ex. gr.

$\text{לִּיכֶּיךָ}$   $\text{לִּיכֶּיךָ}$  (*ad perstringendam animam meam*),  
 $\text{עֲבִידֶּךָ}$  (*absolutus est ope etc.*), l.  $\text{lmāt}^h\text{bārlnaf}^h$   
 (legunt *w pro f*),  $\text{shlēm}^h\text{ūdrān}$ . E converso quando prima vox desinit in litteram quidem quiescentem, sed altera vox immediate sequens incipit cum littera mobili tunc Orientales solent penultimæ litteræ mobili primæ vocis subscribere lineolam parallelam quam  $\text{מִכֶּיךָ}$  (h. e. *connectentem*) nuncupant ex. gr.  $\text{עָרַבֶּךָ}$  (*erubuit de me*).

**53** - Cæterum omnia ista signa orthographica non sunt rigide observanda, sed omnino libera sunt, excepta *mvat'iana* quam Orient. fere nunquam negligunt.

**54** - Inter signa quæ dicuntur  $\text{puh}^h\text{āmæ}$ , recensentur magna puncta quadrata quæ subjiciuntur vel superimponuntur litteris, ut diversi vocum distinguantur sensus grammaticales. Punctum autem dicitur  $\text{לִּיכֶּיךָ}$ . Itaque (ut ea singillatim explicemus) unum punctum superponitur pronomini demonstrativo  $\text{וּ$  ille, ital. *quello*, et supponitur pronomini personali  $\text{וּ$  ipsi, ital. *egli*; superponitur  $\text{וּ$  suffixo sing. 3 pers. fem. nominum sive singularium, sive pluralium, v. g.  $\text{וּ$  (*anima ejus f.*)

اذخنته (parentes ejus f.). Item magnum punctum apponitur pronomini اذ desuper cum ejus alaf pronunciat, ut اذ اذخنته (ego dixi); et subter cum alaf non pronunciat, ut اذ اذخنته (sedeo). Supponitur quoque præterito trilatero simplici 3<sup>e</sup> personæ, v. g. اذخنته (reversus est), et præterito 2<sup>e</sup> personæ singularis sive masculinæ sive fœmin. cujusvis formæ verborum, ex. gr. اذخنته (laudatus fuisti). In his casibus in quibus Occidentales unum punctum magnum notabant, Orientales duplex punctum apponebant. Apponitur unum punctum præterito primæ personæ singularis, ex. gr. اذخنته (descendi), اذخنته (vidi). 3<sup>am</sup> autem personam fœmininam singularem in præterito quidam notant duobus magnis punctis, uno quidem litteræ اذ subjecto, altero post eandem litteram, ex. gr. اذخنته (fugit f.); Syri tamen Occidentales hodierni prædictam personam uno tantum magno puncto post اذ collocato notant, sic اذخنته (cepit f.); Syri vero Orientales hodie hanc personam duobus minimis punctis sub اذ positis notant, sic اذخنته (reliquit f.).

Hæc sunt puncta quæ ordinarie ponuntur personis præteriti, quæque in praxi omnino adhibenda sunt.

55 - Aoristus vero nullum punctum diacriticum stricte exigit: attamen Occidentales aoristo formæ اذخنته solent supernum unum punctum inscribere inter litteram præformativam aoristi et primam radicalem, ex. gr. اذخنته (dignum effecimus) ex forma اذخنته, eodem modo notant participium activum et passivum ejusdem formæ,

ex. gr. <sup>6</sup>Ⲫⲏⲩⲁⲛⲟⲩⲉⲛⲛⲁⲩⲁ ( *obriam occurrens* ), aoristo autem atque utrique participio formæ <sup>6</sup>Ⲫⲏⲩⲁ punctum supernum imponunt inter primam et secundam radicalem, v. g. <sup>6</sup>Ⲫⲏⲩⲁⲛⲟⲩⲉⲛⲛⲁⲩⲁ ( *exaequamus* ) ex forma <sup>6</sup>Ⲫⲏⲩⲁⲛⲟⲩⲉⲛⲛⲁⲩⲁ, <sup>6</sup>Ⲫⲏⲩⲁⲛⲟⲩⲉⲛⲛⲁⲩⲁ ( *acceptus* ).

56 - Participium activum formæ simplicis in utraque schola Orientali et Occidentali notatur uno magno puncto super primam radicalem, v. g. <sup>9</sup>Ⲫⲏⲩⲁⲛⲟⲩⲉⲛⲛⲁⲩⲁ ( *occidens* ), <sup>9</sup>Ⲫⲏⲩⲁⲛⲟⲩⲉⲛⲛⲁⲩⲁ ( *vivens* ), <sup>9</sup>Ⲫⲏⲩⲁⲛⲟⲩⲉⲛⲛⲁⲩⲁ ( *ponentes* ), quod omnino observandum est. Participium passivum sing. masc. verbi simplicis defectivi in *lamad*<sup>h</sup> Occidentales solent notare duobus majoribus punctis rotundis ( nam in ceteris, ut diximus, punctum magnum est quadratum ), uno superno dextrorsum posito, altero infra sinistrorsum subjecto, ex. gr. <sup>9</sup>Ⲫⲏⲩⲁⲛⲟⲩⲉⲛⲛⲁⲩⲁ ( *creatus* ), <sup>9</sup>Ⲫⲏⲩⲁⲛⲟⲩⲉⲛⲛⲁⲩⲁ ( *acquisitus* ), <sup>9</sup>Ⲫⲏⲩⲁⲛⲟⲩⲉⲛⲛⲁⲩⲁ ( *dulcis* ).

57 - Alia præter hos casus vocabula punctum supernum vel infernum nulla certa regula adsciscuat ad discernendas ab invicem diversas significationes quas vocabula iisdem litteris scripta habere possunt, ex. gr. <sup>9</sup>Ⲫⲏⲩⲁⲛⲟⲩⲉⲛⲛⲁⲩⲁ ( *novis* ), <sup>9</sup>Ⲫⲏⲩⲁⲛⲟⲩⲉⲛⲛⲁⲩⲁ ( *nova* ), <sup>9</sup>Ⲫⲏⲩⲁⲛⲟⲩⲉⲛⲛⲁⲩⲁ ( *nequitia* ), <sup>9</sup>Ⲫⲏⲩⲁⲛⲟⲩⲉⲛⲛⲁⲩⲁ ( *iniquus* ), <sup>9</sup>Ⲫⲏⲩⲁⲛⲟⲩⲉⲛⲛⲁⲩⲁ ( *infans* ), <sup>9</sup>Ⲫⲏⲩⲁⲛⲟⲩⲉⲛⲛⲁⲩⲁ ( *judicium* ), <sup>9</sup>Ⲫⲏⲩⲁⲛⲟⲩⲉⲛⲛⲁⲩⲁ ( *judex* ), <sup>9</sup>Ⲫⲏⲩⲁⲛⲟⲩⲉⲛⲛⲁⲩⲁ ( *patris* ), <sup>9</sup>Ⲫⲏⲩⲁⲛⲟⲩⲉⲛⲛⲁⲩⲁ ( *lupus* ). Hoc systema tamen magni puncti ex quo usus punctorum seu signorum vocalium generalis evasit, parum usitatur. At si scriptor signa vocalium negligit, necessario puncti magni systema observare debet.

58 - Inter puncta censetur geminum punctum supernum horizontaliter scriptum ad indicandum numerum pluralem, quod geminum punctum dicitur a Syris Orientalibus <sup>6</sup>Ⲫⲏⲩⲁⲛⲟⲩⲉⲛⲛⲁⲩⲁ *siame*. Nota tamen *siame* coalescere

cum puncto diaeritico litteræ res<sup>a</sup> ut **اَصْنَاءُ** (*agni*), non **اَصْنَاءُ**.

**58** - Porro omnia nomina substantiva pluralia sive masculina sive fœminina suscipiunt siame. Exempla **اَوْلَادٌ** (*infantes*), **نِسَاءٌ** (*mulieres*), **بَنَاتٌ** (*filie*), **مَوَازِينٌ** (*manna*). Verba autem et adjectiva pluralia suscipiunt siame si sint generis fœminini, minime si masculini. Exempla **اَتَيْنَ** (*iverunt f.*), **اَتَيْنَ** (*venientes f.*), **اَتَيْنَ** (*remanetis f.*), **اَتَيْنَ** (*admirabiles f.*). Adjectivum plurale masculinum suscipit siame tantummodo quando locum substantivi tenet, ut in **اَتَيْنَ اَتَيْنَ اَتَيْنَ** (*decem justi sunt in urbe*), non vero si sensum adjectivi habet, ut in **اَتَيْنَ اَتَيْنَ اَتَيْنَ** (*isti sunt justi*). Nomini collectivo carenti plurali etiam si habeat formam numeri singularis inscribitur quoque siame ex.g. **اَتَيْنَ** (*grex*), **اَتَيْنَ** (*equi*); infigitur quoque siame nominibus quibus duplex esse potest sensus, videlicet singularis vel pluralis, quoties significant numerum pluralem v.g. **اَتَيْنَ** (*homines*), **اَتَيْنَ** (*cæli*), secus quando numerum singularem significant. Nomina pluralia in **اَتَيْنَ** que ut adverbia adhibentur, sine siame scribuntur, ut **اَتَيْنَ** *in æternum*, **اَتَيْنَ** *antiquitus*, **اَتَيْنَ** *vere*, **اَتَيْنَ** *recenter*. Attamen **اَتَيْنَ** *in secula seculorum* scribitur cum siame.

**59** - Nomina numeralia adsciscunt sibi siame quoties habent sibi adnexum suffixum, v. g. **اَتَيْنَ** (*ambo ipsi*) **اَتَيْنَ** (*vos tres*); secus vero si suffixis

careant, ut  $\text{לְאַנְי}$  duo,  $\text{לְאַנְי}$  quinque,  $\text{אַרְבַּעִים}$  quodraginta. Attamen numeralia feminina accipient siame,  $\text{לְאַנְי}$  duæ,  $\text{אַרְבַּעִים}$  quattuor f.,  $\text{לְאַנְי}$  novendecim. Verum orientales fere id improbant.

**60** - Sunt et inter particulas quædam quæ assumunt siame quando scilicet sibi adnexum habent nominum pluralium suffixum, et hæ sunt:  $\text{כִּלְיִי}$  (præter),  $\text{מִיָּי}$  (circa),  $\text{לִכְיִי}$  (coram), ex. g.  $\text{כִּלְיִי הַזֶּה}$  (præter ipsam),  $\text{מִיָּי הַזֶּה}$  (circa te),  $\text{לִכְיִי (1)}$  (coram nobis). Juvat tandem notare pronomina pluralia personalia æque ac demonstrativa non assumere siame etiamsi sint generis fœminini, v. g.  $\text{זֶה הֵנָּה}$  (ipsæ),  $\text{אַתְּמוֹן}$  (vos),  $\text{זֶה הֵנָּה}$  hæc,  $\text{כֻּלָּם}$  cunctæ,  $\text{אֵלֵינוּ}$  (quæ). (2)

**60<sup>II</sup>** - Inter signa quæ scriptor observare debet, est exiguus character, litteræ  $\Omega$  Græcæ simillimus, et forsitan ex eo derivatus, qui tantum super waw particulæ  $\text{וְ}$  o vocat, apponitur a scriptoribus Occidentalibus ad eam distinguendam ab altera particula  $\text{וְ}$  aut cui apponitur unum punctum magnum.

**61** - Solent præterea Oriental. duo magna puncta subijcere sequentibus vocibus,  $\text{וְ}$  (is),  $\text{וְ}$  (ea),  $\text{וְ}$  (erat), et in cæteris personis præteriti hujus verbi, si quidem littera  $\text{וְ}$  exprimitur in pronuntiatione in omnibus prænotatis vocibus; quando autem occultatur

(1) Occidentales scribunt  $\text{כִּלְיִי}$  sine jod.

(2) Codices Syriaci qui pertinent ad Syr. Melchitas Syriæ præferunt siame affixum omnibus et singulis vocibus indicantibus numerum pluralem sive sint generis masculini, sive fœminini imo ipsis pronomibus personalibus et demonstrativis.

littera  $\text{א}$  tunc iis vocibus subicitur unum tantum punctum; ex. g.  $\text{אָדִיבֵי}$  (*audiebat*),  $\text{אָרְבֵי}$  (*terribilis est*),  $\text{אָרְבֵי}$  (*longinqua est*).

---

 CAPUT. VIII.

## DE ORTHOGRAPHIA ET DE LITTERIS SILENTIIS

**62** - Orthographia seu ars disponendi scriptura litteras ceteraque scripturae signa juxta statutas leges, multiplices apud Syros passa est variationes, per diversa tempora diversosque locos. Imo si linguae Syriae litteralis orthographiam hodierna die vigentem cum ceterarum dialectorum, Babylonensis inquam biblicae, Chaldaicae Rabbiorum, Palmyrenae inscriptionum, Samaritanae, Mandaiticae, etc. orthographiis conferamus, magnas percipiemus diserepantias. Et quod majus est, ipsius dialecti litteralis hodierna orthographia non est sibi constans, nec uua fuit praeteritis temporibus. Quae omnia satis clare demonstraant priscis temporibus, cum nulla haberentur signa ad vocales significandas ceterasque scripturae conditiones indicandas praeter 22 litteras alphabeti, unnsquisque populus et fere dixerim unnsquisque scriptor sensu suo abundabat. Ut hujus diversitatis orthographicae inter dialectum Babylonensem targumicam et litteralem hodiernam intercedentis, aliquam notionem habeat lector, specimen hic ponimus ex cap. 2 Geneseos targum. Onkelos:

## VERS. 2

Ch. Targ. ܘܥܫܝܬ ܕܥܫܪ ܕܝܘܡܝ ܕܥܫܪܝܢ

Syr. litt. ܘܥܫܪ ܕܝܘܡܝ ܕܥܫܪܝܢ

Ch. Targ. ܘܥܫܪܝܢ ܕܝܘܡܝ ܕܥܫܪܝܢ

Syr. litt. ܘܥܫܪܝܢ ܕܝܘܡܝ ܕܥܫܪܝܢ

Ch. Targ. ܘܥܫܪܝܢ ܕܝܘܡܝ ܕܥܫܪܝܢ

Syr. litt. ܘܥܫܪܝܢ ܕܝܘܡܝ ܕܥܫܪܝܢ

## VERS 8

Ch. Targ. ܘܥܫܪܝܢ ܕܝܘܡܝ ܕܥܫܪܝܢ

Syr. litt. ܘܥܫܪܝܢ ܕܝܘܡܝ ܕܥܫܪܝܢ

Ch. Targ. ܘܥܫܪܝܢ ܕܝܘܡܝ ܕܥܫܪܝܢ

Syr. litt. ܘܥܫܪܝܢ ܕܝܘܡܝ ܕܥܫܪܝܢ

## VERS. 10

Ch. Targ. ܘܥܫܪܝܢ ܕܝܘܡܝ ܕܥܫܪܝܢ

Syr. litt. ܘܥܫܪܝܢ ܕܝܘܡܝ ܕܥܫܪܝܢ

Ch. Targ. ܘܥܫܪܝܢ ܕܝܘܡܝ ܕܥܫܪܝܢ

Syr. litt. ܘܥܫܪܝܢ ܕܝܘܡܝ ܕܥܫܪܝܢ

Ch. Targ. ܘܥܫܪܝܢ ܕܝܘܡܝ ܕܥܫܪܝܢ

Syr. litt. ܘܥܫܪܝܢ ܕܝܘܡܝ ܕܥܫܪܝܢ

## VERS. 16

Ch. Targ. ܘܥܫܪܝܢ ܕܝܘܡܝ ܕܥܫܪܝܢ

Syr. litt. ܘܥܫܪܝܢ ܕܝܘܡܝ ܕܥܫܪܝܢ



**63** - Regulas orthographiæ hodie vigentis sive apud Orientales, sive apud Occidentales, in hujus operis decursu ordinatim disces, unde iutile est hic eas exponere. Attamen speciale studium meretur caput litterarum quæ otiantur seu occultantur seu silent, scilicet quæ scribuntur at non leguntur. Igitur de his litteris speciatim.

**64** - Crebræ sunt in Syriaca lingua litteræ quæ otiantur secus ac in ceteris linguis antiquis (1). Eæ sunt alaf, he, daladh, waw, jodh, lamadh, mim, nun, et resh.

(1) Inter linguas recentiores Gallica et Anglica maximo in hac re similes sunt Syriacæ, nam neque Græca, neque Latina, neque Hebraica, neque Arabica litteras otiosas habent. Item in dialecto Babylonica quatenus exstat apud Hebræos, non habentur litteræ otiosæ præter matres lectionis akaf, waw et jodh; ubi autem littera pronunciatione cadere debet, ea non scribitur. Aliquando tamen littera otiosa scribitur, sed tunc etiam eam pronuntiant lectores Hebræi, jure an immerito, nescimus. In inscriptionibus Palmyrenis idem observatur. Hæc litteræ otiosæ passim scriptura expunguntur, sed non raro scribuntur, an ut legerentur an non, id non constat.

Causa autem cur hujusmodi litteræ otiosæ in lingua Syriacæ inventiantur, repetenda est ex eo quod cum lapsu temporis atiquæ litteræ et pronuntiatione ceciderint, amanuenses noluerunt has litteras omittere, sed continuerunt eas scribere ut antea. pueri autem a magistris instruebantur ut legendo hujusmodi litteras præterirent; omnes enim omnino litteræ scribende et non legendæ quas in hoc capite relaturi sumus, legebantur antiquis temporibus. Ex quo inferendum est quam antiqua sit apud Syros ars scribendi, scilicet eos cœpisse scribere antequam litteræ de quibus agimus et pronuntiatione ceciderint. Hebræi autem et ipsi multas habent litteras quæ et pronuntiatione ceciderunt, sed eas non scribunt, quod argumentum est eos post illud tempus scribere cœpisse.

Docti in Europa in duas partes divisi sunt circa hanc quæstionem de orthographia, utrum ea debeat etymologiam sequi an loquæ conformis esse. Galli qui pro prima sententiâ sunt, quorumque Academia efficaciter restitit validissimis consiliis quibus nonnulli doctores orthographiam reformare eamque ad normam loquæ reducere diversis temporibus tentarunt, in tribus peccant, 1<sup>o</sup> quod non sibi ipsis constantes, multa in sua lingua orthographiam villosa admiserint, rectis regulis etymologiæ ac philologiæ contraria; 2<sup>o</sup> quod hac ratione populos extraneos qui linguam Gallicam addiscere volunt, quorumque summa hodie est fere dimidium generis humani culti, cogant magnum tempus insumere in sola legendi institutione; 3<sup>o</sup> quod denique scopum hac agendi ratione plene non attingant, nam lingua Gallica tam longe devavit a veritate lingue Latine a qua deduxit, ut infinita sint vocabula in quorum orthographia impossibile est genuinam etymologiam conservare.

A. alaf quidem in sequentibus vocibus otiatur: אַלַּא (homines), אַמְמַא (cognatus), אַמְמַא (alius), אַמְמַא (ultimus), אַא (1) (mysterium).

B. Otiatur littera be in אַבְבַּא (2) (fructus), apud solos Occidentales.

65 - C. Otiatur littera he in אַהַהַא (Roma), אַהַהַא (Judæus), אַהַהַא (fiducia), in verbo אַהַהַא (dedit), in casibus infra memorandis, in suffixo personali siagulari habenti ante se waw cum: s<sup>a</sup>asa et post se jod, ex. g. אַהַהַא (pater ejus), אַהַהַא (occiderunt eum). Præterea si antewaw quæ præcepit prædictum suffixum אַ occurrat pt<sup>h</sup>aha tune una cum suffixo אַ otiatur et jod<sup>h</sup>, אַהַהַא (manus pl. ejus). Otiatur littera אַ etiam in verbo substaativo אַהַהַא per totum præteritum, et in pronominibus אַהַהַא (ipse), et אַהַהַא (ipsa), quoties prædictum verbum substantivum est et ista duo pronomina connectuntur eum præcedentibus in pronunciatione.

D. Otiatur littera dalat<sup>h</sup> (ד) in אַדְדַּא (ecclesia), unde Orientales istam vocem legunt אַדְדַּא et Occidentales אַדְדַּא, nec non otiatur dalat<sup>h</sup> in voce אַדְדַּא (novus), apud Occidentales.

66 - E. Otiatur littera waw in tertia persona plurali præteriti et in secunda persona plurali imperativi,

(1) Antiqui apud Occidentales scribebant אַא vel אַא; codices recentiores Occidentalium fere omnes habent אַא. In Chaldaismo antiquo est אַא.

(2) Orientales dicunt אַבְבַּא cum pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a. Chaldaei antiqui scribebant vel uno vel duplici bel<sup>h</sup>, sed semper cum zlama.

si tamen non præcedat littera infirma, v. g. **بِصِحَّةٍ** (*acceperunt*), **أَكَّة** (*ite*), et e contra legitur waw in **مِنَهُ** pro **مِنَاهُ** (*appellarunt*), **حَمَمَهُ** (*incæperunt*).

**67** - F. Otiatur littera jod<sup>h</sup> in toto pronomine personali singulari fœminino tum separato tum suffixo, v. g. **أَنْتِ** (*tu f.*), **دَمْرُكِ** (*domus tua f.*), **أَكَلْتِ** (*ivisti f.*). Insuper otiatur jod<sup>h</sup> pronominis suffixi primæ personæ singularis ut in **بَنِي** (*filius meus*). Præterea otiatur jod<sup>h</sup> in sequentibus vocibus: **أَمَّا** (*quando*) quæ in origine erat **أَمَّ** (I) respondens voci **أَمَّ** Arabum, in **مِنَ مَكَّةَ** (*ex templo*), **أَيُّكُم** (*heri*), **مِنْ يَوْمِكُمْ** (*nudius tertius*), **أَحْمَامِي** (*elapso anno*). Apud solos Orientales otiatur etiam jod<sup>h</sup> in **رُومَةَ** (*Roma*), **أَنْطِيُوكِيَا** (*Antiochia*), unde legunt **رُومَةَ** *Rôm* et **أَنْطِيُوكِيَا** *antiok<sup>h</sup>*.

**68** - G. Otiatur lamad<sup>h</sup> in **سَمْرًا** (2) (*sermo*), **وَأَنْتِ** (*undæ*), **ذَكَرًا** (*sponsæ*), **كَلْبِي** (*pastor*), **مَهْدًا** (*tabernaculum*) (3), **كَلْبِي** (*fructus ogri*), **كَلْبِي** (*causæ*), nec nou in verbo **أَلَا** locis infra explicandis.

(1) Jacobus Edessenus præscribit voces **أَمَّ**, **أَمَّ**, et **أَمَّ** sine jod<sup>h</sup> scribendas esse, recte quidem quoad **أَمَّ** in quo nulla est ratio litteræ jod<sup>h</sup>; immerito autem quoad **أَمَّ** et **أَمَّ** in quibus antiquitus pronuntiabatur jod<sup>h</sup>, teste Chaldaica lingua.

(2) Hoc nomen pronuntiandum esset *mâmîlâ*, sed euphonie causa cecidit lamad<sup>h</sup> primum cum sua vocali.

(3) Dicitur de hæc nomine quod diximus de **مَهْدًا**.

69 - H. Otiatur littera mim redundans in <sup>ⲙⲙⲁⲓ</sup> (maria), <sup>ⲕⲉⲕⲁⲓ</sup> (gentes), (1) <sup>ⲙⲉⲕⲁⲓ</sup> (medicamenta).

70 - I. Otiatur littera nun in <sup>ⲛⲟⲩⲁ</sup> (urūs), <sup>ⲛⲁⲩⲁ</sup> (navis), (2) <sup>ⲉⲕⲉⲛⲁ</sup> (egena), (1) <sup>ⲁⲅⲓⲥⲁ</sup> (vices), <sup>ⲁⲅⲓⲥⲁ</sup> (empta) (2), <sup>ⲙⲓⲗⲓⲁ</sup> (mulier), <sup>ⲧⲁ</sup> (tu), etc., <sup>ⲕⲓⲅⲁⲥ</sup> (gigas), <sup>ⲙⲁⲛⲁ</sup> (manna), <sup>ⲁⲛⲛⲁ</sup> (annus), <sup>ⲧⲁⲥⲟⲩⲁ</sup> (thesauri custos), <sup>ⲧⲁⲥⲟⲩⲁ</sup> (latus), et apud solos Orientales nun vocis <sup>ⲧⲁⲥⲟⲩⲁ</sup> (thus).

71 - K. Tandem otiatur res<sup>h</sup> in <sup>ⲕⲁⲛⲁ</sup> (filia) quoties occurrit in statu constructo, minime tamen in <sup>ⲕⲁⲛⲁⲙⲁ</sup> (filia mea), neque in <sup>ⲕⲁⲛⲁ</sup>

Porro litteræ quæ otiantur in vocibus omnibus hactenus enumeratis, otiantur quoque in earum derivatis, nisi ea suis locis exceperimus (2)

(1) Etiam Judæi in dialecto Babylonensi Syriaca et Mandaitæ hæc duo nomina duplici mîu scribunt, quod argumentum est orthographiam linguæ Syriacæ litteralis esse autiquissimam.

(2) Apud Orientales non otiantur nun in hac voce, sed legitur.

(3) Ex tota hac discussione de pronuntiatione litterarum motionumque Syriacarum liquet omnes omnino Syros recessisse lapsu temporis et multiplici sub aspectu a veritate priscae linguæ Syriacæ. Unde concludere licet Syros nostræ ætatis vel proximæ præcedentis non posse esse congruos testes de genuina pronuntiatione linguæ Syriacæ. Eximie lincolentum argumentum erui potest contra fultilem assertionem eorum qui contendunt v. g. hodiernam pronuntiationem Græcæ linguæ qualiter ea exstat apud Græcam nationem esse genuinam istius linguæ pronuntiationem, ex eo quod sit pronuntiatio vigens apud Græcum populum. Falsissimum est huiusmodi argumentum quod enim progressu sæculorum Syris accidit ut quarundem suæ linguæ litterarum consonantium et vocalium veram pronuntiationem perdidissent, idem Græci accidere potuit quoad modum pronuntiandi aliquas consonantes et vocales, quoad vocalium quantitatem et quoad tonum. Quod dilucius de lingua Græca, dici potest de lingua Latina nti hodie in usu est apud Romanos,

## CAPUT IX

## DE VOCIBUS QUÆ SCRIPTURA CONJUNGUNTUR

711<sup>II</sup> – Amauenses Syri amant præ ceteris voces cum invicem scriptura copulare ita ut duæ aut plures ut una considerentur. Hæc copulatio est modo necessaria, modo libera. Quæ necessario copulari debent hæc sunt: –  
1<sup>o</sup> Pronomina personalia casuum obliquorum omnia (*exceptis*


siquidem quamvis hi minus vitiose quam reliquæ Europæ gentes hanc linguam pronunciant, at tamen et ipsi non nihil defecere a rectitudine, ex. gr. quantitatem vocalium confundentes in medio vocis unde evenit ut mensura versuum sæpissime corrumpatur. Quin imo nunquid, ad pristinam cognoscendam pronunciationem Arabicæ linguæ provocari licet ad usum vigentem apud gentes Syriæ et Ægypti, quæ ubique in civitatibus litteram ق velut hamzam efferunt nec non corripiunt fere omnes vocales longas tonum non habentes (et faciunt Itali cum lingua Latina), dicentes v. g. تايوت pro تايوت, بَدُون pro بَدُون, غطايانا pro غطايانا, مَنِيَكِم pro مَنِيَكِم? Denique animo licet sese offeri admiranda proprietas linguæ Arabicæ præ omnibus universi mundi ling., quod scilicet ea per lapsum magis quam quattuor mille annorum usque ad hunc diem tam exacte ac perfecte inalterabilis remansit in pronunciatione suarum consonantium atque vocalium (excepto discrimine inter ض et ط etiam in loquela vulgari. Fatendum est tamen hanc admirabilem memorabilissimamque Arab. ling. dotem non in omnibus locis ubi hæc ling. vermentia est, manifestari, sed præcipue in partibus Mesopotamici, Iraki, montanisque locis meridionalibus et occidentalibus Syriæ. Ceterum ubicumque islamismus colitur, Arabica lingua exacte legitur in Corani recitatione, quantum organa loquela populorum non Semiticorum accommodari possunt difficillimis sonis linguæ Arabicæ; dico Arabicæ, non Semiticæ, quia et illud observatione dignum est, Arabes præ ceteris populis Semiticis difficiles sonos habere in sua lingua, nempe ض et ط, qui in reliquis linguis Semiticis non inveniuntur.

( **ان** ) et ( **اف** ) , ea enim copulari debent cum voce præcedenti : - II° Particulæ unica littera constantes, nempe **ت** , **و** , **و** , **و** , quæ copulari debent cum voce sequenti . Hæc omnino necessaria . Libera autem multa sunt, atque difficile est ea adamussim recensere . Ut nonnulla attingamus, inter ea quæ cum præcedenti voce copulari debent, recensenda sunt pronomina vicem verbi *esse* geruntia, quæ scilicet cum participio activo vel passivo conjunguntur, ut **قُنِيْمٌ** *vocamus*, **حَنِيْمٌ** *benedictus est*, pro **قُنِيْمٌ** et **حَنِيْمٌ** . Inter ea autem quæ cum sequenti voce copulantur, nota **دَا** *omnis*, cum nominibus frequentioribus et potissimum in locutionibus adverbialibus, ut **كُلْمِيْمٌ** *quotidie*, **حَكِيْمٌ** *semper*, **كُلْمَا** *omni hora*, **كُلْمَا** *omnis homo*, **كُلْمِي** *unusquisque*, **كُلْمِيْمٌ** *quodcumque*. Item **مِن** *ex* in similibus locutionibus, ut **كُلْمِي** *denuo*; **دَا** *supra*, ut **كُلْمِي** *cur*; **مِن** *propter*, ut **كُلْمِي** *propterea*. Multa etiam vocabula e quibus nomina composita formantur, copulari amant scriptura cum sequenti voce ex quibus **دُن** *filii*, **حَن** *filii*, **دَا** *dominus*, ut **كُنْمَا** pro **كُنْمَا** *homo*, **كُنْمَا** *homines*, **كُنْمِي** *adversarius*. Sequentia copulata frequenter cernuntur in libris Syrorum, præsertim liturgicis: **كُنْمِي** *miserere mei*, **كُنْمِي** *amator hominum* i. e. *philanthropus*, **كُنْمِي** *in secula seculorum*, **كُنْمِي** *calumniator*, **كُنْمِي** *antagonista*. Denique sciendum est, in liberis melius esse separare verba quam copulare .


## CAPUT X













RECAPITULATIO DE ARTE LIBROS EXARANDI APUD  
SYROS ORIENTALES ET SYROS OCCIDENTALES

**72** - Ex præcedentibus manifestum est lingue Syriacæ orthographicam varias progressu temporis subisse mutationes donec ad præsentem statum pervenerit. Hic autem juvat recapitulare ea quæ hæcenus de arte scribendi apud Syros exposuimus eaque complemento coronare.

Igitur Orientales alphabeto tantum quod dicitur Nestorianum, suos libros hodie scribunt, et inde a trecentis annis circiter in eorum libris omnes litteræ sunt punctis vocalibus adamussim insignitæ, quæ nunquam omittunt nisi rarissime. Punctum ruccak<sup>h</sup> et qus<sup>h</sup>s<sup>h</sup>aj semper ponunt, nisi sigaum vocalis litteræ id impediat excepto caf finali quod sine puncto ruccak<sup>h</sup> vel qus<sup>h</sup>s<sup>h</sup>aj relinquunt. Cum autem pe ex numero  apud ipsos ceciderit, hanc litteram semper sine ullo signo scribunt, nisi in paucissimis vocabulis in quibus pronunciant pe ut waw. Puncto quidem magno notant pronomina et verba, sed sæpe illud negligunt. Signum otiositatis semper apponunt, excepta ultima littera vocis et he pronominiis. Nunquam vel fere signum mhagjana omittunt.

**73** - Occidentales vero inde a sexcentis annis circum circiter alphabeto quod dicitur Jacobitico utuntur, titulos autem capitum sæpe alphabeto strangelo scribunt. Raro suos libros signis vocalium notant, nempe

systemate litterarum Græearum, rarius p<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am, zqafam et rvas<sup>a</sup>am minutis punctis notant. Punctum rucak<sup>h</sup> et qus<sup>h</sup>s<sup>h</sup>aj sæpe apud ipsos in manuscriptis etiam recentissimis cernitur notatum omnibus litter.  siac ulla exeeptione. Magis quam Orientales curam habent puncti magni. Signum otiositatis raro ponunt, atque mhagjanam nunquam scribunt nisi in imperativo verborum auetorum.

74- Utraque schola puncto magno distinguit litt. dalat<sup>h</sup> inferiori, et res<sup>h</sup> superiori, itea he 3 pers. sing. f. superiori. Utraque nunquam omittit siame, membra orationis secerait per punctum magnum simplex, duplex aut quadruplex. Apud utramque verba ab invicem separantur exiguo intervallo; utraque in scribendis codicibus cum atramento nigro rubrum, raro alius coloris atramentum adhibet. Utraque omnia integre scribunt, nunquam abbreviatione utuatur nisi rarissime (1). Signum autem abbreviationis est lineola recta horizontalis admodum longa, quæ supra ultimas vocis litteras scribitur, quæque apud Orientales parvo apice transversa est. Præcipuæ voces quæ abbreviantur hæc sunt:  gloria.  et cetera, ex. gr.  apud Oec.,  apud Orient.,  apud Occ.,  apud Orient. Etiam nomina quæ suffixum pluralis habent , et ea quæ exeunt in , aut cum suffixo ,  etc. abbreviantur sed ob necessitatem tantum, ex. gr.  pro  gratia,

(1) Eruditi in Europa sine dubio observarunt amanenses apud populos Semiticos maxime sobrios esse in abbreviationibus, secus ac apud Latinos et præsertim apud Græcos, propter quod Semito laudandi sunt. In genere Europæi ipsi valde minorem difficultatem patiuntur ad legendos codices antiquos Syrorum et arabum, quam Græcorum et Latinorum. Imo tuto dici posset, quo magis collices Syriaci vetusti sunt, eo magis faciles sunt lectu.



Vocem quam non continet lineæ extermitas integram, non dividunt Syri ut faciunt Europæi: solum si vox duabus constat partibus scriptura separatis, tunc partem posteriorem cui linea non sufficit, extra lineam scribunt relicto parvo spatio, aut supra alteram partem, ex. gr.

<sup>3</sup>
 {2 <sup>3 3</sup> *alba*, vel <sup>3</sup> *alba*. Non est apud Syros usus primam periodi vocem aut litteram aut nominum priorum primam litteram majusculis figuris scribere, ut faciunt Europæi.

Utraque schola notat singulorum quaternionum libri primam et ultimam paginam numero ordinis ab imo in medio characteribus strangelis. Singuli autem quaterniones decem foliis seu viginti paginis constant apud Occidentales, octo foliis seu 16 paginis apud Orientales. Occidentales non ante ducentos annos ceperunt folia (non paginas) numero ordinis notare characteribus cursivis recto in imo paginae sinistrorsum; Orientales vero nunquam folia numeris notant. Item Melchitæ nunquam folia numeris notabant, sed quaterniones tantum.



## LIBER II

### DE VOCABULORUM FORMATIONE



#### CAPUT I.


##### DE PHILOLOGICA HISTORIA LITTERARUM SYRIACARUM

**75** - Jam vidimus in Prolegomenis linguam Syriacam eandem habere originem ac Arabicam, has duas linguas initio unam fuisse linguam quæ erat vernacula Senni filii Noc; post autem harum duarum gentium separationem, unamquamque earum ita pristinam illam linguam modificasse ut inde duæ ortæ sint distinctæ linguæ, altera quæ nomine Syriacæ seu Aramaicæ dignoscitur, altera dicta Arabica quæ elementa et formas grammaticales priscas mirum in modum conservaverit usque ad hunc diem, operæ pretium igitur existimamus, quo melius intima linguæ Syriacæ natura cognoscatur, comparisonem hic summam instituere inter Syriacæ et Arabicæ linguarum elementa lexica tum quoad consonantes, tum quoad vocales. In hoc capite agemus de consonantibus, in sequenti de vocalibus.

**76** - Consonantes igitur dividuntur in infirmas et sanas. Infirmæ sunt tres: alf, waw et jod<sup>h</sup>; sed apud Hebræos hæc etiam inter consonantes infirmas computatur, et in ipsa lingua Syriaca hæc littera habet quasdam litterarum infirmarum proprietates. Ceteræ litteræ alphabeti sunt consonantes sanæ.

**77** - Ut ab infirmis incipiamus, quas diximus esse alaf, waw et jod<sup>h</sup>, jam sæpe notavimus has esse etiam in scriptura *matres lectionis* quod in præsentiarum nos non occupat, cum in hoc statu hæc litteræ non sunt consonantes sed signa vocalium. Quatenus autem hæc litteræ sunt consonantes, ideo dicuntur infirmæ quia cum in structionem vocabulorum sive ut radicales sive ut formativæ ingrediuntur, multas subeunt variationes, quarum præcipuæ suat ut inter se permutentur, ut elidantur, ut earum motiones aut motio litteræ quæ eas præcedit, sive cadant sive in alias muteantur. Porro infirmitas harum trium litterarum quæ habet locum pro lingua Syriaca seorsum sumpta, habet locum etiam in hac lingua cum ceteris linguis Semiticis collata, præsertim Arabica; quæ omnia in hujus operis cursu pro singulis casibus ita clara erunt, ut nos ab exemplis huc efferendis dispensatos censeamus.

Nunc de præcipuis consonantibus sanis.

**78** -  Incipimus ab alaf, quia hæc littera quando non est mater lectionis nec una ex litt. infirmis de quibus hæcenus, est vera consonans gutturalis, quæ ab Arabibus dicitur hamza. Porro hamza non habet proprium nomen apud Syros, sed uno nomine alaf comprehendunt Syri omnes hujus litteræ species, neque eorum grammatici hamzam a matre lectionis aut a littera infirma grammaticaliter distinguunt, propterea hamza non

habet apud Syros signum distinctum ut apud Arabes. Ob hanc causam hamza non exprimitur scriptura nisi per figuram alaf, et praesertim initio vocis. Attamen nonnunquam alaf ipsum hamzam valens non scribitur initio vocis, cum scilicet alaf mobile est per h<sup>h</sup>vas<sup>s</sup>am quae locum tenet jod<sup>h</sup> moti vocali brevi, tunc enim h<sup>h</sup>vas<sup>s</sup>a legitur cum alaf subintellecto, ex. gr. **ܘܗܘܝܗܘܐ** haeres fuit, **ܘܗܘܝܗܘܐ** scientia, pro **ܘܗܘܝܗܘܐ** et **ܘܗܘܝܗܘܐ** quae sunt pro **ܘܗܘܝܗܘܐ**, **ܘܗܘܝܗܘܐ** eum jod<sup>h</sup> moto brevi vocali quae nullum habet signum in lingua Syriaca; et hoc regulare est in verbis defectivis *pe-jod<sup>h</sup>*. Verum alia hujusmodi vocabula eum alaf scribuntur, suntque multo plura, ut **ܘܗܘܝܗܘܐ** honor, **ܘܗܘܝܗܘܐ** dies, **ܘܗܘܝܗܘܐ** manus. Orientales scribunt **ܘܗܘܝܗܘܐ** etiam siue alaf. Solent quoque Orientales parvum alaf scribere supra jod<sup>h</sup> litteram quae eum hamza legitur, ut **ܘܗܘܝܗܘܐ**, sed hoc non ut necessarium exigunt. Veteres autem videntur soliti fuisse expungere omne alaf initiale habens h<sup>h</sup>vas<sup>s</sup>am, in inscriptionibus enim Palmyrae videmus semper ex. gr. **ܘܗܘܝܗܘܐ**, **ܘܗܘܝܗܘܐ** pro **ܘܗܘܝܗܘܐ**, **ܘܗܘܝܗܘܐ**. Extra hos casus, alaf semper scribitur, exceptis casibus in quibus pro alaf waw aut jod<sup>h</sup> scribitur (n°. 8.).

79 - Hamza Syriaca ita graecilis est ut quoties in medio vocis quiescens esse debet, convertatur in matrem lectionis seu sileat (n°. 6); si vero quiescens esse debet post litteram quiescentem, tunc datur illi vocalis (ut plurimum pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a) quae tamen transit ad litteram praecedentem; ex. gr. **ܘܗܘܝܗܘܐ** angelus quod esse debet cum lamad<sup>h</sup> et hamza quiescentibus ad instar **ܘܗܘܝܗܘܐ**

at hamza augetur p<sup>t</sup>ah<sup>h</sup>a quo facilius pronunciari possit quæ transfertur ad lamad<sup>h</sup>, et sic fit **مَلِكًا** 1. *mālik<sup>h</sup>o* (1). Aliquoties hamza pro p<sup>t</sup>ah<sup>h</sup>a donatur zlama, ut **مَلِكًا** *odinum* **مَلِكًا**, **مَلِكًا** pro **مَلِكًا**, **مَلِكًا** *molestans* f. pro **مَلِكًا**. Vide quæ diximus de *mhagjana* n. 46. Initio autem vocis hamza quæ quiescens esse debet, movetur item per p<sup>t</sup>ah<sup>h</sup>am, sæpius per zlamam v. n. 103. Ob hanc hamzæ gracilitatem quando initio vocis, seu loco *pe* radicalis venit mobilis post litteram quiescentem, dat suam vocalem litteræ præcedenti et silet, v. g. **مَلِكًا** *sanat* pro **مَلِكًا**, **مَلِكًا** *in patre* pro **مَلِكًا**, **مَلِكًا** *ad viam* pro **مَلِكًا**, **مَلِكًا** *manducatur* pro **مَلِكًا**, **مَلِكًا** *angustiabit* pro **مَلِكًا**. Idem fit quando hamza initio vocis subintelligitur sed non scribitur, ut **مَلِكًا** *scientiæ* pro **مَلِكًا**, **مَلِكًا** *et hæres factus est* pro **مَلِكًا**. Idem non fit in medio et fine vocis, quamquam aliqui illud per errorem faciunt (v. n. 5).

**79<sup>II</sup>**— Hamza in Syriaca lingua sicut in Arabica, est aut formativa idest extranea, aut radicalis. Hamza radicalis potest esse sive prima, sive secunda, sive tertia. Quando hamza est tertia radicalis in Arabica lingua, fere semper convertitur a Syris in litteram infirmam, ut **مَلِكًا** *vocavit*, **مَلِكًا** *creavit*. Aliquando hamza Syriaca est pro *ain* Arabico, ut **مَلِكًا** *cucurbita*, **مَلِكًا** *nuces gallicæ*. Hamza initialis nonnunquam in waw convertitur, raro in jod<sup>h</sup>, quod suis locis videbis.

(1) Hæc p<sup>t</sup>ah<sup>h</sup>a addititia brevis esse deberet, sed hodie pronunciat longæ tum ab Occidentalibus tum ab Orientalibus.

80 - Pro *he* feminini nominis Arabum et Hebræorum quod in stata constructo convertitur in *t*, ponunt Syri alaf, et tunc littera præcedens movetur per zqafam pro pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a, ex. gr. <sup>كَلَا</sup> causa, <sup>طوبلَا</sup> urbs, <sup>كلمة مكنية</sup> misericors f. pro <sup>كلمة مكنية</sup> <sup>كلمة مكنية</sup> (1)

81 - Alaf autem infirmum est semper quiescens post zqafam, rvas<sup>s</sup>am et h<sup>h</sup>vas<sup>s</sup>am apud Occidentales, et post zqafam et zlamam utramque apud Orientales. Denique Syri soliti sunt alaf infirmum quod est signum productionis in medio vocis suppressere, contenti zqafa quod illud præcedit, etiamsi alaf sit radicale, ex. gr. <sup>ممر</sup> surrexit, <sup>حار</sup> deprædatur f. pro <sup>حار</sup> <sup>ممر</sup>.

82 - <sup>כ</sup> Bet<sup>h</sup> Syriaco nonnisi *b* arabicam respondet, (quod etiam dictum sit de omnibus litteris quas speciali modo non sumus commemoraturi, nempe ipsis litteræ analogæ in Arabica lingua respondeant). Quandoque tamen bet<sup>h</sup> Syriacum reperitur mim apud Arabes, v. g. <sup>زمن اجلا</sup> (2) (*tempus*).

83 - <sup>ג</sup> Gâmal Syrorum nonnisi *gim* Arabicum respondet. Aliquoties tamen ei respondet littera <sup>ض</sup> ex. gr. <sup>ضحك</sup> (*risit*) et in Hebraico sermone <sup>חייב</sup> vel <sup>חייב</sup> per conversionem d<sup>h</sup> in <sup>ח</sup> aut <sup>ח</sup>, ex quo concludes istud verbum fuisse in origine cum d<sup>h</sup>, quod, propter difficultatem quam Hebræi et Syri in illius pronunciatione experti sunt, transiit apud Hebræos in <sup>ח</sup>

(1) Arabes recentiores in lingua vulgaris idem faciunt, dicunt enim, ex. gr.

<sup>كلمة</sup>, <sup>كلمة</sup>, <sup>كلمة</sup>, pro <sup>كلمة</sup>, <sup>كلمة</sup>.

(2) Hoc nomen antiquitus loco bet<sup>h</sup> habebat mim, cum apud Hebræos quoque et veteres Syros Babylonenses cum mim existat.

aut  $\text{ד}$ , apud Syros vero in  $\text{ܕ}$ .

84 -  $\text{ܕ}$  Dalat<sup>h</sup> Syrorum respondet modo dal(د)

modo d<sup>h</sup>al (ذ); quoties autem ei respondet in Arabica lingua d<sup>h</sup>, semper in Hebraica ei respondet zain. Ex.:  $\text{دَاقَبَ وَهَجَلًا}$  ( *calcavit* );  $\text{يَدُ آيَةٍ}$  ( *manus* );  $\text{ذَبَّابٌ}$  ( *aurum* );  $\text{ذئبٌ وَإِذَا}$  ( *lupus* );  $\text{هَذِهِ هِيَ}$  ( *hæc* );  $\text{وَجَنَةٌ}$  ( *recordatus est* );  $\text{عَظْرٌ كَبِيرٌ}$  ( *adjuvit* ); quæ ultima exempla inde a  $\text{ܕܗܗܗ}$  habent in Hebraica lingua loco dalat<sup>h</sup> Syrorum et d<sup>h</sup>al (ذ) Arabum, litteram zain, ex quo concludendum est hæc similiaque in pristina lingua habuisse litteram  $\text{ז}$  uti nunc habent in Arabico sermone, sed deinde Aramæos quidem litteram d<sup>h</sup> in d, Hebræos autem in  $\text{ז}$  mutasse. Analogæ conclusio ex dicendis infra de litteris  $\text{ظ}$ ,  $\text{ط}$ ,  $\text{ث}$  deducenda est. (1)

(1) Hanc veritatem tam evidentem tamque planam nonnulli recentiores orientalisti in Germania, fortissimi in ling. Hebraica, fortes in Syriaca, delibissimi in Arabica, non potuerunt aut noluerunt videre. At quid potest esse certius quam quod typus hujusmodi vocum in quibus unum idemque elementum alium habet in lingua Hebraica sonum alium in Syriaca, alium in Arabica, querendus est in hac ultima lingua? Etenim, ut limitemus discussionem ad litteram  $\text{ז}$  de qua agimus, evidens est primam radicalem, ex. gr. vocabuli  $\text{זָכַר}$  quæ apud Hebræos est z, apud Syros est d, et apud Arabes g<sup>h</sup>, non potuisse origine esse z, neque d, nam si fuisset z, eam Arabes et Syri etiam sic habuissent sicut habent aliud z ut in  $\text{اَضَم}$  ex. gr.; si autem fuisset d, eam Hebræi et Arabes habuissent etiam d sicut habent aliud d ut, ex. gr. in  $\text{دَاقَب}$ ; ergo erat origine d<sup>h</sup> (ذ), quod Arabes conservarunt; Hebræi autem in z, et Syri in d converterunt. Sed Hommel (apud Guldft *La Sede primit. de Semiti* pag. 22) dubitat an Arabes pronunciaverint d<sup>h</sup> eodem sono ac hodie, concedens tamen illum fuisse nec d Syror. nec z Heb. seu medium inter hos duos sonos. Sed quis sonus, quæso, potest esse medius inter d et z nisi  $\text{dh}$ ? Deinde Arab. famosissimi sunt hac prærogativa quod suam ling. per tot longa sæc. immutabilem conservaverint usque ad hanc diem. Insuper ut quis dubitet de veritate facti quod sensibus percipit, aliquod fundamentum seu rationem habere debet. Jam vero quo fundamento aut ratione nobis dubitare licet an Arab. antiquitus huiusmodi soni ac hodie pronuntiaverint a. h. g. d. h. et omnes ceteras alphabeti litteras?

85 - **ܥܦ** Hæc littera tam debilis est apud Syros ut sæpe elidatur, ut supra vidimus.

86 - **ܥܐ** Waw est aliquando in Syriaca lingua pro bet<sup>h</sup> illi affini ut **ܥܘܫܘܐ** cervical pro **ܘܫܘܐ**.

¶ Ferraro zaia occurrit loco **ܘܫܘܐ** Arabici, ex. gr.

**ܥܘܫܘܐ** ( *justus* ), **ܥܘܫܘܐ** ( *parvus* ), quæ exempla aliæque hujusmodi etiam apud Hebræos et Chaldæos Babylonice habent s<sup>s</sup>ade ut in Arabica lingua, nou zain.

87 - **ܥܕ** H<sup>bet</sup> Syriacum respondet modo h<sup>be</sup> **ܥܕ** Arabum ut in **ܥܘܫܘܐ** ( *sunis* ), **ܥܘܫܘܐ** ( *dulcis* ), **ܥܘܫܘܐ** ( *asinus* ), **ܥܘܫܘܐ** ( *dilectio* ); modo litteræ kh<sup>h</sup> ( **ܥܕ** ), v. g. **ܥܘܫܘܐ** ( *corruptio* ), **ܥܘܫܘܐ** ( *acetum* ), **ܥܘܫܘܐ** ( *calidus* ), **ܥܘܫܘܐ** ( *vinum* ), **ܥܘܫܘܐ** ( *delusus est* ).

Nam si licet de una lit. sine ratione dubitare, id licebit etiam de omnibus lit. alphabeti. Quod hactenus disserimus de d<sup>h</sup>, adamussim quadrat etiam ceteris litteris Arabicis quas Hebræi et Syri diverso modo mutarunt; Idest littera **ܥܕ** quæ apud Hebræos facta est s<sup>h</sup>, et apud Syros est **ܥܕ**; littera d<sup>h</sup> **ܥܕ** quæ ab Hebræis

pronunciatur ut **ܥܕ** s<sup>s</sup>, et a Syris ut **ܥܕ** ain; littera t<sup>h</sup> **ܥܕ** quam Hebræi converterunt in **ܥܕ** s<sup>s</sup> quoque, et Syri in **ܥܕ** t<sup>h</sup>. Ceterum quod videtur hujusmodi orientalis Europæos in errorem induxisse circa verum sonum litterarum Arab.

**ܥܕ**, etc. est quod si viderint has litteras diverse ab Arabibus civilatam Syriæ et Ægypti pronunciatæ, cum littera **ܥܕ**, ex. gr. in vocibus linguæ vulgaris geminis pronuncietur ab his ut d. Latine, in novis vocibus per Turcos vel per Arabes in linguam vulgarem assumptis et item in legendo eam pronuncient ut z Gallicam. Sed latuit istos doctos veram pronunciatonem linguæ Arabicæ non a vulgo Syriæ et Ægypti repetendam esse qui inter multa loquæ sue vitia pronunciant **ܥܕ** ut hamzam irridentque eos qui hanc litteram recte pronunciant, sed ab infinitis millibus myriadum Arabum deserti et Arabiæ, Incolarumque Antilibani, Mesopotamiæ, Iraqui, etc. necnon a Musulmanis totius mundi cum Coraam legunt; qui infiniti populi omnes, litteras de quibus quæstio est, mira concordia, sine ulla variatione sicut explicavimus pronunciant.



88 -  $\text{ܬ}$  T<sup>et</sup>h Syriacum respondet duabus Arabicis litteris ط et ظ. En exempla quæ habent ط :  $\text{ܬܘܠܐ}$  ( *cessavit* ),  $\text{ܬܘܦܩ}$  ( *rapuit* ); exempla habentia ظ :  $\text{ܬܘܦܩܐ}$  ( *oryx* ),  $\text{ܬܘܦܩܐ}$  ( *astas* ),  $\text{ܬܘܦܩܐ}$  ( *meridies* ),  $\text{ܬܘܦܩܐ}$  ( *oppressit* ). Quoties autem t<sup>et</sup>h Syriacum pro Arabico ط exstat, tunc in Hebraico sæpius est s<sup>ade</sup>; aliquando est t<sup>et</sup>h. Quandoque ta ( ت ) Arabicum transit apud Syros et Hebræos in t<sup>et</sup>h, v. g.  $\text{ܬܘܦܩܐ}$  ( *occidit* ), quod tamen admodum rarum est. E contra littera ط Arabica fit interdum apud Syros  $\text{ܬ}$ , ex.gr.  $\text{ܬܘܦܩܐ}$  ( 1 ) ( *justitia* ), in quo exemplo antiqua dialectus Chaldaica convenit cum Arabica. Nonnunquam t<sup>et</sup>h Syriacum est pro th ( ث ) Arabico, ut  $\text{ܬܘܦܩܐ}$  ( *cucumerarium* ) pro  $\text{ܬܘܦܩܐ}$ . Sed hoc forte est unicum exemplum. Denique  $\text{ܬ}$  Syriacum nonnunquam est pro Arabico ض, ut  $\text{ܬܘܦܩܐ}$  ( *currere* ), ubi nota etiam mutationem litteræ ك in  $\text{ܬ}$ .

89 -  $\text{ܢ}$  Caf Syriacum soli caf Arabico respondet. Porro lenitas (  $\text{ܢܘܦܩܐ}$  ) et asperitas (  $\text{ܢܘܦܩܐ}$  ) haud cognoscuntur in lingua Arabica quoad istam litteram, sicut neque quoad reliquas litteras quæ duplicem prononciationem lenem et asperam habent.

(1) Probabilissimum est Arabes hoc nomen e lingua Syriaca mutuatos esse sicut innumera alia propter frequentissimum commercium quod olim inter duos populos vigeat propterque culturam omnis generis qua Syriaca natio florebat.

90 - ܠ Lamadh<sup>h</sup> aliquando est loco nuu (ن)

Arabici, v. g. صَمِّمَ رَكْمًا (*simulaerum*).

90<sup>II</sup> - ܢ Nun Syriacum sæpe est pro mim (م)

Arabum in pronomibus personalibus vel quasi pronomibus v. g. اَنْتُمْ (vos), قَرَأْتُمْ مِنْهُمْ (legistis). Hæc littera proprietatem habet in lingua Syriaca Arabicæ linguæ fere ignotam, quæ est quod ea sæpe expungatur in lectione et sæpe in scriptione etiam. Hoc eventus modo regulariter, modo sine regula. Semper tamen nun debet esse quiescens ut expungi possit. Regulariter eliminatur nun in conjugatione verbi trillitteri a littera nun incipientis, ut suo loco videbitur, ex.gr. نَحْفُفُ et نَحْفُفُ pro نَمْفُفُ et نَمْفُفُ a نَمْفُ. Multa sunt in quibus sine regula nun expungitur tum lectione tum scriptura ut نَحْفُفُ (latus), نَحْفُفُ (caper), نَحْفُفُ (facies), نَحْفُفُ (palatum), نَحْفُفُ (vitis), نَحْفُفُ (caseum), نَحْفُفُ (later), نَحْفُفُ (ficus), نَحْفُفُ (frumentum), نَحْفُفُ (sus), نَحْفُفُ (pollex), pro نَحْفُفُ, نَحْفُفُ, نَحْفُفُ, نَحْفُفُ, نَحْفُفُ, نَحْفُفُ, نَحْفُفُ, نَحْفُفُ. His adde نَحْفُفُ (tu), et derivata ceteraque quæ alibi recensuimus, quæ nun scriptura conservant.

91 - ܦ Someat<sup>h</sup> respondet sæpe litteræ s<sup>h</sup>in

Arabum, et e converso s<sup>h</sup>in Syriacum est sin Arabicum quod saue admirationem ingerit. Porro lingua Hebraica in hoc puucto convenit cum Syriacæ, præterquam quod someat<sup>h</sup> Hebraicum quod respondet s<sup>h</sup>in Arabico scribitur

per s<sup>h</sup>in non per semcat<sup>h</sup>, quod indicat semcat<sup>h</sup> quod respondet litteræ s<sup>h</sup>in Arabicæ habuisse olim sonum quemdam diversum a sono sin Arabum aut eundem fuisse ac sonum s<sup>h</sup>in, nam difficile concipitur s accedens ad s<sup>h</sup> quod sonum alium ac sonum s<sup>h</sup> habeat. Exempla semcat<sup>h</sup> Syriaci respondentis litteræ s<sup>h</sup>in Arabicæ: شَيْدٌ سَهِيو (testatus est), اَبْرَ دَهْمَا (caro), فَرَشَ فَنَه (extendit), شَعْرٌ مَهْمَا (capilli), عَشْرٌ كَهْمَا (decem). Exempla s<sup>h</sup>in Syriaci respondentis TΩ sin Arabico, سَكَنَ هَجَم (habitavit), سَوْرٌ هَمُو (murus), سَمِعَ هَطَا (audivit), قَسْرٌ قَهْمَا (interpretatus est), اَخْرَسَ مَهْمَا (mutus). Denique rarissime ه est pro ر, ut حَصَنٌ مَهْمَا (munimentum).

92 - ا Littera ʿain Syriaca respondet his tri-

bus litteris Arabicis: ع, غ, et ض (1). Nam quoties Arabicum ض existat in Syr. et Heb. linguis, Syri quidem illud convertunt in ʿain, Heb. autem in s<sup>a</sup>ade; quia lit. ض sonus initio stirpi Semiticæ proprius, ab Hebræis et Syris progressu temporis perditus est ob difficultatem illum recte edendi, et sic remansit hic sonus apud solos Arabicos quibus proprius evasit. Exempla in quibus ʿain Syriacum respondet TΩ ʿain Arabico: سَاعَةٌ هَحْمَا (hora), عَيْنٌ هَمَا (oculus), عَمِلَ هَطَا (operatus est), رَعَى وَحْمَا (pavit). Exempla in quibus ʿain Syriacum respondet

(1) Nonnulli inter Europæ philologos existimant Hebræos et Syros duo ʿain habuisse, alterum sonum ع Arabicæ habens, alterum sonum غ. Sed, ut vidimus de h<sup>h</sup>, hoc est in verum nullo innixum fundamento. Adde quod si Hebræi duo ʿain habuissent, Syri tria ʿain habere debuissent, et quis homo sanæ mentis hoc admittit?

litteræ **ܓ** Arabicæ: **غَمِّمٌ** (*nubes*), **ܓܠܒܐ** (*vicit*), **ܓܪܒܐ** (*occidit [sol]*), **ܓܪܒܐ** (*cupivit*), **ܓܪܒܐ** (*corvus*), **ܓܪܒܐ** (*caverna*). Exempla in quibus **ܐܝܢ** Syriacum respondet litteræ **ض** Arabicæ: **ܓܪܒܐ** (*pecus*), **ܓܪܒܐ** (*œmula sponsa*), **ܓܪܒܐ** (*miscuit*), **ܓܪܒܐ** (*ovum*), **ܓܪܒܐ** (*ارض اوكلا*), **ܓܪܒܐ** (*benepiacitum*); in his ultimis exemplis omnibus aliisque similibus loco **ض** extat in Hebraica lingua littera **ס**ade. Igitur omne **ض** Arabicum, perpaucis locis exceptis, convertitur a Syris in **ܐܝܢ**. Quod si jam illa vox inter litteras quibus constat, habeat litteram **ܓ**, tunc **ض** convertitur a Syris non in **ܐܝܢ** sed in hamzam, leviozem litteram gutturalem, euphoniæ causa, ex. gr. **ܓܪܒܐ** (*ضاع اوكلا*), **ܓܪܒܐ** (*ضاع اوكلا*), **ܓܪܒܐ** (*ضاع اوكلا*), **ܓܪܒܐ** (*ضاع اوكلا*), **ܓܪܒܐ** (*ضاع اوكلا*), **ܓܪܒܐ** (*ضاع اوكلا*); quibus respondent in Hebraica lingua (excepto primo exemplo, quod non extat in hac lingua) sequentia nomina, quæ loco **ܐܝܢ** Syriaci habent **ס**ade, scilicet: **ܓܪܒܐ**, **ܓܪܒܐ**, **ܓܪܒܐ**. Nonnunquam Syri quando **ܐܝܢ** est pro **ܐܝܢ** Arabico in voce quæ habet aliud **ܐܝܢ** pro **ض** Arabico, illud non istud convertunt in hamzam, ut **ܓܪܒܐ** (*occurrit*) pro **ܓܪܒܐ** (1). Una eademque

(1) Attamen antiqui Syri hanc conversionem non faciebant, dicebant enim **ܓܪܒܐ**, **ܓܪܒܐ**, **ܓܪܒܐ**, quemadmodum habet dialectus Chaldaica a Judæis conservata. Interim vido quam mirifice confirmatur doctrina nostra do archetypo Syriacis et Hebraicis quærendo in lingua Arabica.

radix Syriaca potest habere omnes has tres species 'ain, id est quæ sunt pro Arabicis ع, غ, at ض, ut **عَرَبٌ كَنْجًا** (*Arabs*), **غَرَبٌ كَنْتٌ** (*occidit sol*) et **ضَرَبٌ كَنْتٌ** (*miscuit*); item **رَعَى وَكَلًا** (*parit*), **رَعَى وَكَلًا** (*spumam emisit*) ex quo **رَضَى وَكَلًا** pro **رَضَى وَكَلًا** (*spuma*), et **رَضَى وَكَلًا** (*consensit*).

**ك** - Pe est semper pro ف Arabico. Raro mutatur arabice in ب, ut **كَبَّ دَبَفٌ** *curravit*. Lat. *pulex*; Græc. *psylla*; Germ. *floh*; Hebr. **כְּדָבָעַ** Syr. **ܟܘܘܕܒܘܘܬܐ**.

**93** - **ح** S<sup>ade</sup> aliquando est pro littera ض Arabum in radice jam habente aliud 'ain in quod Syri solent convertere ض Arabicam, ex. gr. **عَمَضَ حَطَرَ** (*clausit oculos*), **عَمَضَ حَمْرٌ** (*accidit*), **عَمَضَ كَمْرٌ** (*momordit*). Hæc mutatio TOY' ض in ص habet locum etiam cum alia gutturalis præter 'ain occurrit in eadem radice, ut h<sup>h</sup>, ex. gr. **حَمَضَ حَمَطَرٌ** (*acescit*). Dicitur tamen et **حَمَطَرٌ** juxta regulam. Nonnunquam ض convertitur in م quin alia gutturalis ia radice exstet, ex. gr. **حَمَضَ حَمَرٌ** (*excussit*). Denique raro م Syriacum est pro zain Arabico, ut **حَمَرٌ** (*figlinum*).

**94** - **ح** Res<sup>h</sup> est quandoque pro nun Arabico, ut **حَابِنٌ** (*filius*), **حَابِنٌ** (*duo*).

**95** - **ح** S<sup>hin</sup> in Syriacum raro est pro s<sup>hin</sup> Arabico, v. gr. **حَمَطَرٌ** (*sol*), sed fere semper est pro س ut supra diximus ad litteram semcat<sup>h</sup>.

96 - **ת** Taw est modo pro **ث**, ex. gr. **תִּינ לַיִן** (draco), **תּוֹר לַיִן** (fornax), **תִּחַם מִדָּמָר** (decidit), modo pro **ث**, et in hoc casu Hebraica lingua habet **shin** pro **ث**, ex. gr. **שָׁלֹשׁ** (tres), **שִׁבְיָא** (uber), **שׁוֹר לַיִן** (taurus), **שָׂרַח מִנְיָא** (aravit), quæ vocabula hebraice sunt: **שׂמל**, **שׂב**, **שׂוֹר**, **שׂמל**, **שׂמל**.

97 - Hæ sunt præcipuæ conditiones quas litteræ Arabicæ subeunt in lingua Syriaca. His adde in genere quod aliquando verba quorum prima radicalis est nun, amittunt hanc litteram, et hinc fiunt concava, v. g. **نصف** pro **نصف** (olfecit), vel mutant nun in hamzam, v. g. **نزل** (descendit); e contra aliquando verba quorum prima radicalis est waw, mutant waw in nun, v. g. **نقف** (adhæsit). Rarissime littera radicalis infirma sedem in radice mutat, aut in aliam mutatur ut **باد** pro **أجيب** (periit), **جيد** pro **جيد** (bonus factus est), **جيد** (جيد) pro **طنا** (supernatavit), **وللا** pro **فال** (omen). Præter has aliasque rarissimas ac fere nullas exceptiones, radices Arabicæ quæ etiam in lingua Syriaca exstant tam firmæ, stabiles atque inconcussæ in utraque lingua sunt, ut tot tantorumque seculorum decursus nihil potuerit in ipsas efficere mutationis sive quoad litterarum radicalium numerum, sive quoad earum dispositionem, sive quoad earum qualitatem. Quantum discrimen inter linguas Semiticas et linguas Indo-europæas!

Levissimæ sunt ac nullius momenti exceptiones.

Juvat ea paucis attingere. Notanda radicalium transpositio, ac mutatio litteræ in affinem ejusdem organi aut vicinioris. En potiora exempla: **بَشِّر** (1) **مَشَّر** (annunciavit), **سَمَّيْر** (rana) ضنذع **أَهْوَوْدَا** (pediculus) **فَل مَلْطَا** (tenuit) **مَمَك** (foramen) **ثَر لَمْنَا** (ussit) **حرق مَمْبَر** (cucurbita) **فرع مَمْنَا** (tacuit) **سكت مَمْبَر** (cucurrit) **دَمَمْنَا** (2) **رَكِيَة** (genu). Notanda est denique non rara transitio a sensu particulari ad universaliolem, vel a converso, vel ab uno sensu ad alium affinem, vel etiam oppositum. Exempla: **وَتب مَمْبَر** (exsiliit) **سَدِيت**; **هَلِك هَلِك** (perit) **هَلِك هَلِك** (descendit) **نزل أَلَا** abiit; **شهر مَمْبَر** (mensis) luna (3); **تاريخ مَمْنَا** (mag-  
**les**) mensis; **عظم كَمْبَر** (os) coxa; **كروش مَمْنَا** (*magnus ovium venter*) venter; **بطن كَمْبَر** (*venter*) conceptie; **فعد مَمْبَر** (*sedit*) procubuit seu genibus provolutus est; **نظر لَمْنَا** (*observavit*) custodivit; **أَبِن أَحْنَا** (*acus*) pluma; **ظَن لَمْنَا** (*putavit*) zelotes fuit; **بَمْبَر حَمْنَا** (*camelus*) pecus; **أَفَا** pro **أَفَا** (*nasus*) facies; **مَرَح مَمْنَا** (*hilarus fuit*) ausus est; **سَف** (*sensit*) passus est; **روي زَمْنَا** (*sitim expulit*) inebriatus est; **حس مَمْنَا** (*heroice egit*) patiens fuit seu

(1) Sed transposito litterarum in hac radice recens est et non existat nisi in Syriacismo dicto litterali; non item in dialectis Chaldaica, Samaritana, Mandaitica et Matululana, in quibus omnibus beth est ante semcal<sup>1</sup> ut in Arabica.

(2) Etiam in hac radice transpositio propria est Syriacismo litterali.

(3) Etiam in linguis Indo-Europæis in hujusmodi transitio existat, ut notum est peritis.

sustinuit; **قَلَّ مَلًا** (*diminutus est*) levis fuit; **سَفَرُ حَفَا** (*claruit*) placuit; **خَلَقَ مَكْمَلًا** (*creatio*) fatum; **ظَعَنَ هَمًّا** (*emigravit*) portavit, tulit; **طَغَا هُدًا** (*aberravit*) oblitus est; **سَلَخَ حَدَمًا** (*excorticavit*) spoliavit; **أَمَرَ أَمْرًا** (*jussit*) dixit; **طَابَ هُجًا** (*suavitas*) bonum; **بَسَّ حَمًّا** (*rah!*) malum; **سَلَا حَمَلًا** (*solatus est*) quievit; **أَتَتْ أَرَامًا** (*famina*) mulier; **حَجَّ مَسْجِدًا** (*peregrinatio*) solemnitas; **عَرَسَ كَنْهًا** (*thronus*) lectus; **أَمَّا أَسْت** (*anus*) ima pars seu fundus; **حَسَدَ مَسْهَبًا** (*invidia*) ignominia; **جَارَ مَدًا** (*transiit*) defecit; **فَرَّغَ فَنًّا** (*absolvit rem*) solvit debitum; **أَوْفَى أَوْفَمًا** (*solvit debitum*) implevit.

## CAPUT II

### DE HISTORIA PHILOLOGICA VOCALIUM SYRIACARUM

**98** - Ut adæquata vocalium Syriacarum haberi possit notio, comparatio cum lingua Arabica omnino instituenda est. Jam vero bujus linguæ peritis notum est eam tres habere tantum vocales, A, I, U; singulasque esse posse vel longas, ut sunt tres syllabæ in **زَارُونِي**, nempe **زَا**, et **رُو**, et **نِي**; vel clausas, quemadmodum sunt tres syllabæ in **إِخْرَمْتُمْ**, videlicet **إِخ**, et **تَر**, et **تُمْ**; vel denique breves ut in **كَيْب**, cujus tres syllabæ evidentes sunt.

**99** - His præmissis, vocales in lingua Syriaca omnes eandem origine habebant conditionem, atque ad hoc Arabicum systema reducuntur, quod sequentibus explicaturi sumus.



Ante omnia juvat animadvertere nos totum hoc per capitulum ob oculos habere prononciationem Orientalium, non Occidentalium, et considerare voces Arabicas finali vocali brevi privatas ( quod dicitur esse in statu وقف ), uti reapse sunt origine. His suppositis, dicimus:

100 – A. Fath<sup>h</sup>a longa (a) Arabum exprimitur per zqafam apud Syros regula universali, quæ complectitur nomina et verba quoad eorum formationem, derivationem et flexionem, quod dicendum est fere eodem modo de iis quæ infra de cæteris vocalibus tradituri sumus. Ex. gr. خال شكلا ( avunculus ), ساق خطلا ( crus ), حبة حلا ( pernoctavit ), بات حلا ( scribens fæm. ), كتاب حلا ( scribens ), كتاب حلا ( scribens fæm. ), دارات حلا ( domus pl. ), شاهد حلا ( testis ), مقام حلا ( statutum ).

B. Casra longa Arabica exprimitur per h<sup>h</sup>vas<sup>a</sup>am, ex. gr. سمين حلا ( pinguis ), سمين حلا ( pinguis ), صنم حلا ( statuimus ), صنم حلا ( statuimus ), كيس حلا ( saccus ), كيس حلا ( saccus ), صنم حلا ( facis fæm. ), صنم حلا ( stantus ).

Anomalia quæ videtur huic regulæ in aliquibus nominibus quorum radix est coacava ( n. 337 ), attribuenda est, procul dubio, recentibus temporibus, (I) ex. gr.

(1) Hæc diversitas originem habet potius ex hoc facto generali, quod scilicet vocabula quamquam eandem habeant formam in diversis linguis Semiticis diversas tamen nonnunquam habent vocales. Etenim cum Arabes dicunt جيم (corpus) cum i, أم (mater) cum u, رأس (caput) cum a, Syri dicunt جيم حلا cum i, أم حلا cum i, رأس حلا (pro رأس حلا cum zlama leni sequente hamza) cum i.

Ita quoque cum Arabes dicunt عيد, ربح cum i longo, Syri dixerunt عيد حلا, ربح حلا cum zlama leni in utroque vocabulo et cum hamza in illo. jod in hoc;

in **ܝܠܕܝܢܐ** عيد ( *festum* ), **ܪܝܝܚܐ** ( *ventus* ). Alia exceptio habet locum in fine vocum; ibi enim l longum fit zlama dura, ut **ܝܠܝܘܢܐ** veniet, **ܟܬܝܒܐ** libri, pro **ܝܠܝܘܒ** et **ܟܬܝܒ** quemadmodum est in dialecto Babylonensi apud Hebraeos.

C. Denique U longum Arabicum per **ܘܡܩܩܐܡܐ** exprimitur ex. gr. **ܪܘܚܐ ܕܗܘܢܐ** ( *spiritus* ), **ܫܘܪܐ ܥܝܘܕܐ** ( *murus* ), **ܩܘܡܘܐ ܥܠܘܗܐ** ( *surgite* ), **ܐܡܘܬ ܦܪܥܘܗܐ** ( *moriar* ), **ܝܠܟܬܐ ܕܝܘܡܐ** ( *facietis* ), **ܢܫܘܡܘܢ ܥܝܝܘܢܐ** ( *jejunabitis* ).

**[ 10 ]** - Vocales clausæ Arabicæ exprimuntur in Syriaca lingua per vocales item clausas, h. c. fath<sup>h</sup>a exprimitur (regula generali quæ non patitur exceptionem nisi raro) per p<sup>h</sup>ab<sup>h</sup>am, casra per zlamam lenem, dh<sup>h</sup>am-ma per rwâh<sup>h</sup>am. Hujusmodi exempla suppeditant formæ nomianum et verborum quæ in utraque lingua habeat vocales clausas, nullo intercedente discrimine inter utramque linguam nisi raro. Tales sunt, ex. gr. formæ nominum **ܦܥܠܐ**, **ܦܥܥܐܠܐ**, **ܦܥܥܘܠܐ**, **ܦܥܥܠܐ**, **ܦܥܥܘܠܐ**, **ܦܥܥܠܐ**, **ܦܥܥܠܐ**, **ܦܥܥܘܠܐ**, **ܦܥܥܠܐ**, **ܦܥܥܘܠܐ**; talia quoque pronomina personalia **ܐܢܬܐ**, **ܐܢܬܘܢ**, **ܐܢܬܘܢ**, **ܐܢܬܘܢ**; tales tandem formæ verborum, et eorumdem conjugationes, **ܦܥܥܠܐ**, **ܦܥܥܠܐ**, **ܦܥܥܘܠܐ**, **ܦܥܥܠܐ**, **ܦܥܥܘܠܐ**, **ܦܥܥܠܐ**, **ܦܥܥܘܠܐ**; in quibus omnibus formis litteræ clausæ æque habeatur in Arabica ac in Syriaca lingua, juxta methodam quam exposuimus. Tantummodo si vocalem clausam sequitur jod<sup>h</sup> aut alaf (hamza) quiescentia, tunc in quibusdam casibus convertitur vocalis in zlamam duram, ut **ܐܟܠܐ ܕܥܝܢܐ** ( *duo* ), **ܐܝܢܐ ܕܥܝܢܐ** ( *oculus* ), **ܐܟܠܐ ܕܥܝܢܐ**

desinde euphoniæ causa converterunt zlamam lenem in zlamam duram.

(*manducabo*). Item si fath<sup>h</sup>am Arabicum sequitur waw quiesccas, i. e. si diphthongus extat, tunc fath<sup>h</sup>a in aliquibus casibus fit rwâh<sup>h</sup>a, ut **بيلون يجلفم** (*contabescunt*). Uade vides quod diphthongus Arabica *ai* nonnunquam a Syris redditur per zlamam duram, ac diphthongus *au* redditur iaterdum per rwah<sup>h</sup>am.

**101<sup>II</sup>**— Ex discrimine autem quod explicavimus iatermaqam et rwâh<sup>h</sup>am potes deducere tibi regulam certam ad discerendas has duas vocales ab alterutra in systemate Orientalium. Ea regulam: Si digrescere vis de *csâsâ* Occidentalium in proaominibus ac verbis, utrum sit *ma*qa an rwâh<sup>h</sup>a, respice vocem Arabicam respondentem: si in hac vides u longum, vocalis debet esse in voce Syriaca *ma*qa; sia autem vides u clausum, in Syriaca voce debet esse rwâh<sup>h</sup>a. Prioris exempla sunt: **أشهدون** (testamini), **أقوم في طهر** (*putant*), **أقومون** (*surgam*), **أقوموا** (*surgite*). Posterioris exempla: **أقرب** (*accedo*), **أقر** (*prædor*), **أقر** (*prædare*), **أنتم** (*vos*) (1). Præterea notandum est vocales clausas h. e. a, i et u, sæpe inter se in Syriaca lingua commutari, maxime vero i et

(1) Fateri debemus hanc regulam non esse absolutam et decretoriam nisi in sine vocem, ut in exemplis allatis. In initio autem et medio vocem unaquæque vocalis u Arabica sive longa, sive clausa, redditur modo per *ma*qam, modo per rwah<sup>h</sup>am. Exemplum u clausi per *ma*qam reddit: **أعقب** (*reubba*) (*sinus*),

**أعقب** (*sinus*), **أعقب** (*sinus*), **أعقب** (*sinus*). Exemplum u longi, per rwah<sup>h</sup>am reddit:

**أعقب** (*sinus*), **أعقب** (*sinus*). Igitur regula quæ in textu, non valet nisi pro ultimis syllabis pronominum et verborum. Mirum est hanc regulam a dialecto Chaldaica ceteroquin exactiore amissam esse; in hac enim rwah<sup>h</sup>a pro *ma*qa et vice versa promiscue litteræ waw affiguntur; nisi dicamus hanc confusionem amanuensium Indæorum, qui hanc dialectum soli usarunt, incurte vel ignorantie tribuendam esse.

u, uti io ipsa lingua Arabica etiam inter se commutantur.

102 - Restat nobis dicendum de vocalibus brevibus. Statuimus igitur sequentes canones : I - Quælibet vocalis brevis quam sequitur vocalis elausa vel longa supprimenda est in Syriaca lingua : ex. gr. (1) **عَبْد** ( *audivit* ), **رَأَى** ( *creavit* ), **مُنِيمٌ** ( *erigens* ), **قَتَلَ** ( *statutus* ), **عَسْ** ( *euspis* ), **قَتَلَ** ( *occisus* ), **نَسْعُون** ( *saturabimini* ), **أَسَلَتْ** ( *tradidit ipsa* ), **أَحْبَسْتُكَ** ( *includam te* ), **أَوْرَثَهُ** ( *denegans f* ), **مَوْهَبَةٌ** ( *donum* ), **مَسْكِنًا** ( *habitaculum* ). Porro hæc abjectio vocalis brevis ante aliam vocalem elausam vel longam frequens est in lingua Syriaca, præsertim in particulis quæ vocibus copulantur in orthographia et lectione, uti particulæ **و**, **لا**, **و**, **و**, **و**, **و** et **و**, quæ omnes quiescunt quando post se habent litteram mobilem modo indicato, si v. g. dicitur: **لَيَوْمٍ كُنْهُنَا** ( *in foro* ), **وَسُوقِ كُنْهُنَا** ( *et forum* ), **الَّذِي يَدْخُلُ بِدُخْرٍ** ( *qui ingreditur* ), **بِأَرْكَ مَبْتَدِي** ( *benedictus* ), etc. Quod si vocalis brevis afficit litteram geminam quam sequitur littera mobilis, rejicitur ab illa littera una cum vocali brevi geminatio, v. g. **أَخْبَسَهُ** ( *landotis* ), **سَخِنَهُ** ( *oppressit eum* ), quæ sunt pro **أَخْبَسَهُ** (1)

(1) Litteræ, in his exemplis, quæ vocales breves amiserunt, lunula supra-scripta distinctæ sunt.

(2) Hæc omnia quoad linguam Syriacam litteralem qualis se habet a no-

103 - II - Quod si littera habens in origine vocalem brevem est una ex litteris infirmis, scilicet **o** vel **u** vel **j**, tunc ob difficultatem pronunciandi has litteras in statu quiescentiæ, hæ litteræ instruendæ sunt necessario vocali, h. e. zlama leni si littera infirma sit alaf v. g. **ܝܘܕ** (*manducavit*), **ܝܘܝܢ** (*venit*); aliquando tamen accipit zlamam duram, ut **ܝܘܘܩܘܡ** (*surgam*); vel pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am ut **ܝܘܦܘܕ** (*manduca*); et h<sup>h</sup>vas<sup>h</sup>am si littera sit jod<sup>h</sup>, v. g. **ܝܘܝܝܘܩ** (*genuit*), **ܝܘܝܝܘܩܝܢܐ** (*cognitio*), pro **ܝܘܝܩ** et **ܝܘܝܩܝܢܐ** cum jod<sup>h</sup> in utroque quiescenti, et maqa si sit waw, v. g. **ܝܘܘܘܘܩܘܡ** (*gaudent*) pro **ܝܘܘܘܩܘܡ** cum waw quiescenti post res<sup>h</sup> quiescens.

104 - III - Cum duæ vocales breves in eadem voce sine medio concurrunt, tunc una tantum eliditur, i. e. secunda, prima autem plerumque per pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am exprimitur. Hujusmodi autem concursus duarum vocalium brevium potissimum oritur ex nominum et verborum flexionibus et particularum suffixione seu affixione, ex. gr. **ܘܘܕܝܢܐ** (*grando*), **ܘܘܩܘܩܘܩܐ** (*qui audit*), **ܘܘܩܘܩܘܩܐ** (*et ad animam*), **ܘܘܩܘܩܘܩܐ** (*in cuspide*), **ܘܘܩܘܩܘܩܐ** (*et ad animam*), **ܘܘܩܘܩܘܩܐ**

novem decim sculis, verissima ac certissima sunt. Quoad antiquiora vero tempora, non idem potest dici eadem certitudine; nam in dialectis Samaritana, Ma<sup>l</sup>ulana, Assyriaca, Tur-Abdinensi, passim audiuntur vocales breves, quæ tamen, fatemur hoc, sunt natura longæ ut plurimum. In dialecto autem Chaldaica quam conservant Judæi, vocalis brevis quæ figuratur per signum Hebræicum quod dicitur **עָ**, pronunciat hodie ut vocalis e (raro ut a) longæ; dicunt enim Hebræi legendo linguam Chaldaicam, ex. gr. **ܘܘܩܘܩܘܩܐ** (*creavit*) *bêra*, **ܘܘܩܘܩܘܩܐ** (*scriptus*) *ket<sup>h</sup>tu*, quod manifestus est error. Certe suppressio vocalis brevis quam habet lingua Syriaca litteralis hodierna cui dialecti Syriacæ vulgares nec non in multis linguis Arabica vulgaris adstipulantur, magis legitima est quam ejus productio.

ܚܒܫܗ (includit eum). Nonnunquam prima vocalis per zlamam lenem movetur, ut ܡܦܘܠܝܗ (portavi), ܝܚܝܬܝܗ (accepit).

**105** - IV - Quando ultima littera vocis cujus ultima vocalis est clausa, moveri debet ob suffixum aut incrementum quodcumque extraneum quod illi litteræ adhæret, tunc illa vocalis clausa brevis evadit, et plerumque eliditur juxta regulam, ex. gr. ܘܚܝܝܩ (prostravit): ܘܚܝܝܩܗ (prostravit eum); ܕܢܝܕܐ (post): ܕܢܝܕܐܗ (post te). Quod si alia brevis (subintellecta) inveniatur ante vocalem illam clausam, tunc hæc brevis per pt<sup>h</sup>abham, ut supra, plerumque movetur, ex. gr. ܥܘܬܝܩ (reliquit): ܥܘܬܝܩܗ (reliquit nos). Excipe ab hac regula litteram finalem verbi geminati, cujus ultima vocalis clausa non fit brevis per suffixum, sed remanet et duplicat litteram sequentem, ut ܕܘܘܐ (depredatus est): ܕܘܘܘܐ (depredatus est me).

**106** - V - Non raro tamen vocalis ultima quæ per suffixum ex clausa fit brevis, non eliditur, et cum furtive pronunciari deberet juxta regulam, ea cum productione hodie pronunciatur, quod præcipue locum habet in imperativo verborum et in præterito 3 pers. pl. masc. cui suffigitur pleonasmus ܘܐ et fem. cui suffigitur ܘܡ, nec non in nominibus quæ unam radicalem habent elisam, ex. gr. ܕܘܐܒܐ (da): ܕܘܐܒܐܗ (da eum); ܡܘܘܠܐ (occide): ܡܘܘܠܐܗ (occide eum); ܐܘܘܘܐ (certiora): ܐܘܘܘܐܗ (certiora me), in quibus omnibus ultima vocalis clausa quæ per suffixum evadit brevis, pronunciatur hodie longa tum ab Occidentalibus, tum ab Orientalibus, et in nominibus pronunciatur clausa ab Orientalibus cum ge-

minatione sequentis litteræ.

107 - VI - Præter hæc loca regularia in quibus vocalis brevis non supprimitur, sunt multa vocabula quæ extra regulam vocalem brevem initialem retinent, ita tamen ut hæc cum productione ab Occidentalibus et cum sequentis litteræ duplicatione ab Orientalibus proferatur, ut **لِغْنًا** (*lingua*), **قُرْبًا** (*proximus*), **بِكْرًا** (*dilectus*), pro **لِغْنَا** *lsh'ana*, **قُرْبًا** *quriv*, **بِكْرًا** *h'viv*.

108 - VII - Ex tota hac discussione colliges litteras quiescentes esse duplicis speciei, aliæ enim sunt natura sua quiescentes, aliæ per accidens ut dicitur, i. e. per elisionem vocalis brevis. Ad hæc alteram speciem dignoscendam, si ad analogiam linguæ Arabicæ nolis recurrere, en tibi regulas: Littera quiescens est pro mobili in sequentibus casibus. I - Si est in initio vocis, nam linguæ Semiticæ non ferunt ut vox per consonantem natura quiescentem incipiat, ut **قَمَامًا** (*creatura*), **سَمَامًا** (*surget*), **سَمَامًا** (*fel*). II - Si post vocalem longam venit, i. e. *zqafam*, *h'vas'am* aut *umaqam*, ut **دَمَامًا** (*dominus*), **سَمَامًا** (*surgentes*), **دَمَامًا** (*congregatio*), **سَمَامًا** (*valetudine fruens f.*). III - Si in flexione vocis in qua exstat littera quiescens, ea duplicatur, ut **مُتَمَامًا** (*consentientes*) a **مُتَمَامًا**, **حُتَمَامًا** (*hortus*) **حُتَمَامًا**, **سَمَامًا** (*causa tua*) **سَمَامًا**, **سَمَامًا** (*salvator*) **سَمَامًا**, **سَمَامًا** (*eorum passio*) **سَمَامًا**, **سَمَامًا** (*passer*) **سَمَامًا** (*hydria*) **سَمَامًا**. IV - Si illam alia littera quiescens in eadem voce præcedit, linguæ enim Semiticæ renuunt duas quiescentes immediate sese invicem sequi in eadem

voce, ut  $\text{ܡܫܟܝܢܐ}$  (*metus*),  $\text{ܐܘܢܝܢܐ}$  (*lepus*),  $\text{ܐܦܫܝܢܐ}$  (*occident*),  $\text{ܐܦܫܝܢܐ}$  (*Occidens*). Ex quo intelligis quoties duæ quiescentes sine medio in eadem voce concurrunt, primam earum esse semper naturam quiescentem, alteram per accidens. Hæc sunt loca in quibus littera quiescens est pro mobili.

**109** - Ex omnibus quæ hoc capite de vocalibus Syriacis disseruimus, colligere facile est Syriacam linguam tres primarias vocalium species habere quemadmodum ens habet et Hebraica et Arabica; Syrorum tamen doctores cum venerint ad statuenda signa vocalium, secus egisse ac Hebræos atque Arabes; cum enim Arabes eadem signa statuerint omnibus tribus vocalium speciebus scilicet longis, clausis ac brevibus; Hebræi autem singulis his speciebus singulam vocalium seriem posuerint; Syri mediam secuti viam solis longis ac clausis vocalibus singula signa invenerunt, neglectis brevibus. Etenim: A longo *zqafam*, A clauso *pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am*; I longo *h<sup>h</sup>vns<sup>s</sup>am*, I clauso *zlamam* lenem; U longo *vmaqam*, U clauso seu *O* *rwah<sup>h</sup>am*, posuerunt.

**110** - Sed Syri habent septimam vocalem, *zlamam* duram. Quid dicendum de hac vocali? Hæc vocalis, si bene consideres, non est nisi una ex prædictis vocalibus cui aliqua modificatio supervenerit. Etenim hæc vocalis locum habet: I - Cum *alaf* vocali brevi debet moveri, ut  $\text{ܫܘܦܘܩܐ}$  *surgam*. II - Cum diphthongus ex *alaf* vel *jod<sup>h</sup>* formanda est, scilicet cum post *zlamam* lenem occurrit *alaf* aut *jod<sup>h</sup>* quiescentia, ut  $\text{ܕܢܝܢܐ}$  (*caput*) pro  $\text{ܕܢܝܢܐ}$ ,  $\text{ܕܢܝܢܐ}$  (*puteum*) pro  $\text{ܕܢܝܢܐ}$ ,  $\text{ܕܢܝܢܐ}$  (*edet*) pro  $\text{ܕܢܝܢܐ}$ ,  $\text{ܕܢܝܢܐ}$  (*hæres erit*) pro  $\text{ܕܢܝܢܐ}$ . III - In fine vocis *zlama* dura



est pro h<sup>b</sup>vasa, ut **ܩܪܘܘܬܝܢܐ** ] *martyres*, **ܝܒܝܚܝܢ** (*flemus*), pro **ܩܪܘܘܬܝܢܐ**, **ܩܪܘܘܬܝܢܐ** (quod extat in dialecto Chaldaica). IV-Sæpe zlama dura est pro diphthongo ai, ut **ܩܪܘܘܬܝܢܐ** (*ducenti*), **ܩܪܘܘܬܝܢܐ** (*tranquilla eris*), **ܩܪܘܘܬܝܢܐ** (*vis*), pro **ܩܪܘܘܬܝܢܐ**, **ܩܪܘܘܬܝܢܐ**, **ܩܪܘܘܬܝܢܐ**. Extra hos casus non invenitur zlama dura nisi in exoticis verbis, ut **ܩܪܘܘܬܝܢܐ** (*Elias*), **ܩܪܘܘܬܝܢܐ** (*Isaias*). Ratio autem cur littera quæ præcedit pronomen suffixum 2<sup>o</sup> pers. fem. sing. ut **ܩܪܘܘܬܝܢܐ** tibi f. et 3<sup>o</sup> pers. masc. sing. ut **ܩܪܘܘܬܝܢܐ** in illo, nec non et in ceteris locis ut videbimus suo loco, v. u. 465, 3, 5, 6, non est nisi doctorum arbitrium Syrorum Orientalium recentiorum.

||| - Nunc pauca de dipgthongis, et potissimum de AU et AI. Lingua Syriaca litteralis valde firmiter diphthongos tenet; e contra multi populi fere semper diphthongos solvunt ut Galli in Europa, Arabes Mausuli et Damasci in Oriente, etc. Inter dialectus Aramaicas, Chaldaica a diphthongis abhorrens, sæpissime mutat p<sup>t</sup>ah<sup>h</sup>am diphthongi AU in rwah<sup>h</sup>am, et diphthongi AI in zlamam duram, ex. gr. **ܩܪܘܘܬܝܢܐ** (*dies*), **ܩܪܘܘܬܝܢܐ** (*confitemur*), **ܩܪܘܘܬܝܢܐ** (*auetus est*), **ܩܪܘܘܬܝܢܐ** (*vis*), **ܩܪܘܘܬܝܢܐ** (*illi*), **ܩܪܘܘܬܝܢܐ** (*domus*), **ܩܪܘܘܬܝܢܐ** (*qualis f.*), pro **ܩܪܘܘܬܝܢܐ**, **ܩܪܘܘܬܝܢܐ**, **ܩܪܘܘܬܝܢܐ**, **ܩܪܘܘܬܝܢܐ**, **ܩܪܘܘܬܝܢܐ**, **ܩܪܘܘܬܝܢܐ**. Sic etiam in dialecto Syriaca vulgari Assyriæ et Curdistani.

||2 - In idiomate vero litterali diphthongus in nominibus quidem non solvitur nisi per gd<sup>h</sup>amam de qua suo loco (165 et seq.); in verbis autem, in quibusdam flexionibus conjugationum defectivarum (346 et seq.). In his locis tantum ubi solvitur diphthongus, ut O (1), E.

(1) Observa igitur rwah<sup>h</sup>am Orientalium esse vel pro U clauso seu brevi Arabice lingue, vel pro diphthongo AU soluta.

In ceteris locis in quibus non solvitur diphthongus, nec habet rationem veræ diphthongi, A effertur plenum non secus ac in ceteris syllabis, quamquam Orientales scribant *zqafam* pro *pt<sup>h</sup>ab<sup>h</sup>a* ante *waw*.

**113** - Denique non est prætereundum: I - Ex duabus speciebus vocalium quas solas habet Syriaca lingua, videlicet clausaram et longaram inter quas computandæ sunt diphthongi, illas, scilicet clausas tam flexibiles ac inconstantes esse ut quacumque flexione in vocabulo superveniente, eæ sæpe aut cadant, aut inter se permutentur, aut denique sedem mutant; has autem idest longas in omnibus flexionibus nullam subire modificationem, sive siat in initio, sive in medio, sive in fine vocis. II - Lector jam observaverit tres vocales longas, i. e. *zqafam*, *h<sup>h</sup>vâ<sup>s</sup>sam* et *ʿsâ<sup>s</sup>sam* non tolerare post se regulariter litteram quiescentem, e contra litteras clausas, i. e. *pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am*, *zlamam* et *rwâh<sup>h</sup>am* necessario habere debere litteram quiescentem vel geminatam, nisi sint loco vocalis brevis.

**114** - Hactenus de præcipuis principiis quæ determinant statam quiescentiæ et mobilitatis litterarum Syr. quibus sane rite ob oculos habitis facillimum erit tiro-nibus regulas flexionis nominum et verborum recte percipere et retinere. Jam vero ex dictis liquido constat dare et dixerim ingratis sonare linguam Syriacam propter frequentem quiescentiam litterarum, inopiamque vocalium, quæ quidem qualitates longe absunt a fluido gratoque sono vocum linguæ Arabicæ, in qua nunquam habetur concursus duarum quiescentiam, neque ulla vox incipit a littera quiescenti. Solent nihilominus Syri minuire quodammodo prædictam asperitatem in pronuntiatione per adjectionem vocalis litteræ finali vocis



hanc rationem non possunt occurrere duæ quiescentes consecutivæ in medio vocabuli, i. e. secundum grammaticos Europæos, non potest syllaba etiam in medio vocis a duabus consonantibus incipere. Huic etiam secundæ regulæ appareuter videntur Syri derogare cum occurrente littera vocali brevi mota post quiescentem, supprimat vocalem brevem, et sic duæ consonantes quiescentes sine medio consecutivæ per accidens enascuntur. Primi exempla: **ܥܠܡܢܐ** *pax*, **ܥܘܩܕܝܢܐ** *occidis*, **ܥܘܩܕܝܢܐ** *extensus*, in quibus <sup>h</sup>in, qof et pe a quibus incipiunt, per accideas quiescentia facta sunt. Eorum enim vera forma hæc est: **ܥܠܡܢܐ**, **ܥܘܩܕܝܢܐ**, **ܥܘܩܕܝܢܐ**. Exempla secundi: **ܥܘܩܕܝܢܐ** *Occidens*, **ܥܘܩܕܝܢܐ** *audietis*, **ܥܘܩܕܝܢܐ** *te amo*, in quibus res<sup>h</sup>, mim et h<sup>hot</sup> quiescentia facta sunt post quiescentem quin vocales breves habeat, nam pleae ita pronunciari debeant: **ܥܠܡܢܐ**, **ܥܘܩܕܝܢܐ**, **ܥܘܩܕܝܢܐ**.

115<sup>II</sup> - Ceterum in lingua Syriaca usquam datur vox aut syllaba tribus consonantibus seu, ut dicunt grammatici Semitici, duabus quiescentibus incipiens quod non infrequens est in lingua Græca nec non in Latina, imo quod frequentissimum est in Germanica.

116 - In fine syllabæ aut vocis raro duas quiescentes invenies, quod tamen fere semper ex suppressione (de qua supra) brevis vocalis ab ultima consonanti oritur, ex. gr. **ܥܘܩܕܝܢܐ** *notasti*, **ܥܘܩܕܝܢܐ** *rex meus*, pro **ܥܘܩܕܝܢܐ**, **ܥܘܩܕܝܢܐ**; nunquam tres consonantes.

quiescenti manent, ex. gr. **ܥܘܩܕܝܢܐ** *stasis (seditio)* quod tamen sæpius dicitur **ܥܘܩܕܝܢܐ**. Fatendum tamen est Syros hanc adjectionem litteræ alaf non agere nisi cum vocabulis quæ incipiunt a Σ.

117 - In flectendis nominibus, verbis et particulis nonnulla mutatio vocalibus supervenit, idque sive per suppressionem, sive per transpositionem sive denique per mutationem. Id autem non attingit nisi vocales clausas et etiam vocales breves quæ inde nascuntur. Vocales enim longæ nunquam in flexione ullam modificationem subeunt, exceptis vocalibus longis in quibus mater lectionis est littera infirma radicalis, hujusmodi enim vocales clausis æquivalent.

118 - Deinde sciendum est motionem *rwâs<sup>a</sup>am*, h. e. *zlamam*, non compati apud Syros cum littera *gutturali in fine vocis*, proinde quotiescumque regala exigit *rwâs<sup>a</sup>am* ante litteram gutturalem in fine vocis, illa *rwâs<sup>a</sup>a* mutari debet in *pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am*. Litteræ autem gutturales suat: *alaf* (quando æquivaleret *bamzæ* (1) Arabum, non vero quando est littera infirma), *he*, *h<sup>h</sup>ct<sup>h</sup>* et *'ain* (ا, ه, ع, ع), et cum eis computatur quoque littera *res<sup>h</sup>* (ر), forsitan quia ista littera olim modo quo hodie apud urbis Mossul incolas pronuntiabatur, scilicet ab imo gutture. Accipe exempla: *وَقَدِّ* (*moderatus est*),

(1) Grammatici Syri non computarunt *alaf* in numero litterarum gutturalium, quamquam ipsa lingua Syriaca id ipsis suadere debebat; nec mirum, cum illi nunquam sciverunt dislinguere *alaf* consonans a vocali. Quod autem lingua Syriaca veram *hamzam* gutturalem habeat, nulla testantur, ex quibus exemplum unum

aut alterum esto: *عَبْرَك* (*petiit*), *بِجْمَدِي* (*impurus*). Quod autem *alaf* idest *hamza* Syriaca mutet *rwâs<sup>a</sup>am* precedentem in *pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am*, certum est ex verbis *hamza* terminalls, ut *تَبْرَك* (*consolatus est*), *بِجْمَدِي* (*impurum reddidit*); quæ nisi re-

gulam litterarum gutturalium sequerentur, pronuntiari debent *بِجْمَدِي, تَبْرَك*,

sicut dicitur *تَبْرَك, بِيَدِي*. Id etiam manifestum est ex eo quod participium activum in hujusmodi verbis eandem vocalem habet ac participium passivum, dicitur enim pro utroque, ex. gr. *طَهَّطًا*, quod non habet locum nisi quando ultima radicalis est littera gutturalis.

ܦܢܐ (*retribuens*), ܐܡܠܟܐ (*missus est*), ܫܠܐ (*solutus est*), ܒܡܢܐ (*nuncupat*) quæ juxta regulam debuissent esse: ܦܢܐ, ܐܡܠܟܐ, ܫܠܐ. Excipe tamen vocem ܫܠܐ (*filius meus*) in qua retinetur rvâs<sup>a</sup> ante res<sup>h</sup> quia res<sup>h</sup> non est in fine vocis, cum jod<sup>h</sup> consideretur ut virtualiter pronunciata. Hæc regula valet etiam cum nomen incrementum taw fem. in fine accipit, ut ܦܢܐܐ (*aris*), ܐܡܠܟܐܐ (*victima*), ܫܠܐܐ (*delictum*). Attamen Orientales cum mhagjana pronunciant duo extrema nomina, non cum p<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a. Nota tamen litteram caflenem quæ pronunciatur uti ܫ Arabum, et litteram gamal lenem quæ effertur ut ܫ Arabum, quamvis in Arabica lingua ioter gutturales numerentur et reapse tales sint, tamen apud Syros non habere illam proprietatem quam diximus ceteras litteras originae gutturales habere, idque quia per accidens gutturaliter pronunciantur quando sunt lenes.

Alia litterarum gutturalium proprietas est quod eæ geminari non tolerant, de qua proprietate infra (1).

119 - Litterarum geminatio extat in linguæ Syriacæ omnibus dialectis, scilicet Chaldaica, Samaritana, vulgaribus Assyriæ et Mædulæ et litterali Orienta-

(1) Apud Hebræos eadem litteræ ac apud Syros, sunt gutturales, proprietatesque quas hæ litteræ in lingua Syriacæ possident, habent et in Hebraica, imo majori cum constantia. Res debebat esse eadem in dialecto Syriacæ Babylonica seu Chaldaica; sed libri hujus dialecti quas nonnisi Hebræi possident, sunt tam orthographice vitiosi ut ex his regulis constantes et certæ de vocalibus haud erui facile possint. Cum hæ regulæ quibus litteræ gutturales reguntur, procedant omnes ex difficultate quam organum humanum sentit in eis efferendis, hinc mirum est quam durum et robustum guttur natura dederit Arabibus qui omnino ignorant has regulas quæ litteras gutturales a ceteris litteris distinguunt, hasque litteras eodem ratione tractant ac ceteras litteras, nisi quod eæ in fine vocabuli in quibusdam casibus p<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am et apud Arabes amant.

lium; sola lingua litteralis Occidentalis, qua scilicet utantur Jacobitæ et Maronitæ et vulgaris dialectus T'ur-Abdin geminationem recusant. Loci autem grammaticales in quibus geminatio habere locum debet, sunt fere iidem ac in lingua Arabica (1). Porro mirum est Syrorum litteratos cum tot ac tam diversa orthographica signa ad recte scribendum et legendum invenerint, ad geminationem litterarum significandam nullum apicem posuisse. In hoc Arabes et Hebræi magis solertes sese exhibuerunt; negari etiam nequit Arabum signum aptius et commodius esse quam Hebræorum; utinam in scriptura Syriaca adoptaretur!

**120** - Geminatio litteræ non potest habere locum nisi eam littera mobilis præcedat. Motio autem hæc litteræ præcedentis potest esse pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a, vel zlama lenis, rarissime 'maqa. Ceteræ motiones seu vocales non possunt regulariter habere sequentem litteram geminatam.

**121** - Porro omnes litteræ Syriacæ geminari

(1) Hic discretus lector observet quantum discrimen in hac re intercedit inter gentes Semitas et populos Europæos. Etenim apud Semitas, Arabes polissimum, tanta est auris sensibilitas ut ex sola unius litteræ geminatione vocabula diversissimum acquirant sensum, ex. gr. سَبَّأٌ sublimis factus est, سَبَّأٌ gloriosus est. سَبَّأٌ

nomen dedit; حَدَادٌ extremitas, حَدَادٌ faber ferrarius, حَامٌ columbæ, حَامٌ batneum. Quod in linguis Europæorum non solum non extat, sed etiam nonnulli eorum fere semper lexicon manibus habere tenentur cum scribant ut sciant duplexne littera an unica sit in tali aut tali vocabulo; sic Itali et Galli; alii ut Hispani, ita inutilem imo incommodam viderunt rem existentiam litterarum geminarum in lingua, ut eas omnes recentius simplices reddiderint, excepta Π, et sic suæ lingue novam orthographiæ formam dederint. Eruditi apud Gallos, nomine Port-Royal celebres, idem seculo XVII tentarunt, sed incassum. Arabum mirabilis sensibilitas

magis clucet in quantitate vocalium, ex. gr. بَارَكَ: barac (genus flexit), بَارَكَ: بَارَكَ

bārāc (benedixit); خَالِي kʰālī (avunculus meus), خَالِي kʰālī (acetum meum), خَالِي

kʰālī (vacuus), خَالِي kʰālī (ad avunculum pertinens) etc.

possunt, vel ipsa alaf, he et h<sup>bet</sup>, quæ litteræ gutta-  
rales sunt et in lingua Hebraica geminari nequeunt.  
Apud Syros tres taatummodo litteræ nonnunquam ge-  
minari renuunt, waw, ʿain et res<sup>h</sup>. Waw quidem gēmi-  
nari recusat post pt<sup>hah</sup>am; ubicumque enim littera waw  
occurrit post pt<sup>hah</sup>am quæ juxta regulam exigit ut lit-  
tera sequens duplicetur, illad waw non geminatur, et  
pro pt<sup>hah</sup> litteræ præcedentis scribitur zqafa, ad  
significandum quod cessante geminatione quæ sonum  
præcedentis vocalis reddit clausam, illa vocalis pronun-  
tiari debet eam productione, ex. gr. **نوب** monstravit,  
**أَوَّ** iniquus, l. h<sup>aw</sup>i, ʿawāla, pro **نوب**, **أَوَّ**. Post zla-  
mam autem lenem geminatur waw, ut **أَبْ** albus, l.  
h<sup>aw</sup>wāra. ʿAia autem et res<sup>h</sup> non semper renuunt gemi-  
nationem, sed in aliquibus vocabulis, quorum præcipua  
jam a nobis allata sunt n. 17. (1) Notandum est dumtaxat,  
pt<sup>hah</sup>am quæ præcedit litteram quæ geminationem con-  
tra regulam recusat, non converti quidem in zqafam in  
pronanciacione ut natura rei requirit sed orthographice  
manere pt<sup>hah</sup>am.

—o:~o:~o—

## CAPUT IV

### DE SYLLADIS ET DE LITTERIS RADICALIBUS

**122** - Vocabula in Syriaca lingua constant nu-  
mero plus minus grandi litterarum seu articulationum  
sonantium, sive mobilium sive quiescentium, idest syl-  
labas formantium. Syllaba autem est omnis littera mota  
sequente altera quiescente vel non. Unde omnes syllabæ

---

(1) In dialecto Chaldaica quam Judæi conservant, exceptio TOY waw  
ignota est; litteræ autem gutturales omnes et semper geminationem recusant.



in duas species dividuntur, aliæ enim in vocalem exeunt, quæ vocalis semper est longa (n. 15. 4), ut **صَا**, **وَو**, **قَب**, **ف**; aliæ consonanti una vel duabus terminantur, habentque vocalem semper clausam, ut **حَم**, **دَمَا**, **كِر**, **سَمَم**, **كَلَك**, **مَلَحَم**. Omnis autem syllaba in lingua Syriaca a consonanti incipere debet (1).

**123** - Numerus syllabarum variat ab una ad quinque: rarissime invenies in lingua Syriaca vocem sex syllabas habentem.

Voces monosyllabæ individuae sæpe independenter ab aliis pronunciantur; sæpius tamen pronomina et particulae grammaticales monosyllabæ aliis connectuntur sive in fine et tunc dicuntur suffixa, sive in initio et tunc sunt præfixa, ita ut ex monosyllaba et alia cui connectitur una vox indivisibilis formetur tum pronuntiatione tum orthographia.

**124** - Vocabulorum igitur elementa sunt litteræ sive mobiles sive quiescentes. Litteræ autem quibus vocabula formantur sunt aut radicales aut formativæ. Radicales sunt eæ quæ radicem constituunt, quæ est quædam litterarum combinatio ad seorsum determinatum reddendum effecta. In verbis et nominibus numerus radicum est ordinarie trinus, sed in verbis potest esse, at rarissime, quaternus; in nominibus datur aliquoties radix quinque litteris constans.

**125** - Hujusmodi combinationes quibus radices formantur, ita factæ sunt ut eæ sine difficultate efferri possint; i. e. litteræ ad formandum vocabulum e diversis organis humanæ vocis sunt selectæ, quorum præcipua

(1) Vidimus (n. 5) hoc non esse proprium solum linguæ Syriacæ, sed omnium mandalinarum.

sunt labia, deates, lingua, palatum et guttur. Nulla omnino radix tres litteras ejusdem organi potest habere; imo etiam duæ litteræ ejusdem organii in eadem radice ferri nequeat, nisi ab alia diversi organi separatæ sicut, ut **حكر**, **حزر**, quod tamen rarum est. Rarissime autem iaveniuntur in eadem radice duæ gutturales non separatæ, ut **كوه**, item duæ linguales, ut **حلا**. Gratiore radices suat eæ quarum singulæ litteræ diverso organio effe-  
runtur, quæque fere totam lexicologiæ Syriacæ seu potius Semiticæ molem formant, ut **كلم**, **فلم**, **بلم**.

## CAPUT V

## DE LITTERIS FORMATIVIS SEU SERVILIBUS

126 - Præter radicales sæpe una aut amplius litteræ extraneæ ad formanda vocabula adhibentur, quæque formativæ seu serviles dicuntur. Litteræ formativæ vel radicem præcedunt, et tunc dicuntur præformativæ, ut **أفك** (*descripsit*), **فك** (*festinavit*), **فك** (*promittens*), in quorum verborum primo alaf, in secundo semcat<sup>h</sup>, in tertio mim, s<sup>h</sup>in et taw sunt præformativæ; vel sequatur, et tunc dicuntur affirmativæ, ut **فك** (*oblatio*) ubi nun est affirmativa; vel denique iater litteras radicales inseruntur, quod rarum est, ut **فك** (*dignatus est*) ubi t<sup>h</sup>et<sup>l</sup> formativum est pro taw.

127 - Litteræ serviles suat fere eadem in omni-  
bus linguis Semiticis, eæque ita sagaciter selectæ suat ut possiat cum omnibus alphabeti litteris quibuscum copu-  
laadæ suat, coacordare, i. e. sine difficultate simul pro-  
nunciari. Sunt autem in lingua Syriaca: **ء** (hamza et

littera infirma)  $\text{ק}, \text{א}, \text{ב}, \text{ג}, \text{ד}, \text{ה}, \text{ו}, \text{ז}, \text{ח}, \text{ט}$   
 quarum postrema i. e.  $\text{ק}$  mutatur aliquoties in  $\text{ב}$  aut  
 $\text{ה}$ ;  $\text{כ}, \text{א}$  et  $\text{ב}$  serviles sunt tum ut matres lectionis,  
 tum ut litteræ infirmæ. His omnibus addere juvat parti-  
 culas grammaticales quæ vocabulis connectuntur eodem  
 modo ne litteræ serviles,  $\text{ב}, \text{ה}, \text{א}, \text{ב}, \text{ה}, \text{ב}, \text{ה}, \text{ב}$ ,  
 quarumque plurimæ jam inter serviles etiam numerantur.

128 – Alia existit apud Syros ratio augendi num-  
 merum litterarum radicalis, quæ est ut littera radicalis  
 moveatur longa vocali, quod rythmice idem valet ac  
 littera consonaas, ut  $\text{ضيد}$  (*occidens*),  $\text{ضيد}$  (*occisus*).  
 Apud Syros Orientales exstat quoque alia ratio augendi  
 numerum litterarum radicalium, estque duplicatio seu  
 geminatio litteræ radicalis, ut  $\text{ضيد}$  cum geminatione  
 beth (*accepit*),  $\text{ضيد}$  cum geminatione gamal (*faber*  
*lignarius*).

## CAPUT VI

## DE ONOMATOPŒA

129 – Ratio formandi vocabula in lingua humana  
 non est naturalis, sed conventionalis, secus una universo  
 mundo haberetur lingua. Ad formanda tamen verba homi-  
 nes sæpe sensu naturali moventur; ex iis inquam quæ in  
 natura percipiunt, impelluntur ad sonos illi similes eden-  
 dos, quæ naturæ imitatio in vocabulis efformandis dicitur  
*onomatopœa*, quæ consistit in hoc quod verba imitentur  
 res naturales quæ per illa significantur. Princeps in hac

prærogativa inter omnes mundi linguas est Arabica. Sed et ceteræ Semiticæ, inter quas est Syriaca, superant fere ceteras mundi linguas in numero vocabulorum quæ per onomatopœam formata sunt. Juvat hic hujus gratiosi feti naturæ generalia capita referre, speciminis gratia.

I - Nomen uniuscujusque organi vocis humanæ litteram habet ipso organo cujus est nomen efferendam. Hæc regula omnibus linguis Semiticis communis est, imo præcipuis etiam linguis Iudoeuropæis ut ajunt necnon aliis. Ex. gr. nomen *oris* semper habet litteram labialem: Syr.

فم, Arab. فم, Hebraice ف, Latin. *os* ( *vor* ), *bucca*, German. *mund*, Græc. ( *sto* ) *mat*, Angl. *mouth*, Sanskr. *muk<sup>h</sup>a*. Labii nomen habet litteram labialem,

p, f, b, ex. gr. Syr. مفا, Hebr. מפא, Arabice شفه, Lat. *labr.*; Germ. *lippe*; Pers. *lip*. Angl. *lip*; Mirum quod in Græco *leich* nulla habeatur articulatio labialis; forsitan *leich* erat origine *leif* seu *leiph*. Dentis nomen habet litteram dentalem s, z, d, t, ut Syr. et Hebr. سم, Arab. سن;

Lat. *dent.*; Græc. *odont*; Germ. *zahn*; Sanskr. *dan*; Persice *dendan*; Anglice *teeth*. Nomen *Linguae* habet litteram lingualem l, vel r: Syr. et Hebr. لحم; Arab. لسان; Lat. *lingua*; Sanscr. *lola*; Græc. *glotta*. Nomen *Nasi* litteram n

nasalem habet, Syr. نسن; Hebr. انف; Arab. منخر, انف; Lat. *nasus*; Græc. *rin*; Germ. *nos*; Angl. *nose*; Sanscr. *nasâ*; Lithuan. *nosis*. Denique *Gutturis* nomen habet semper articulationem gutturalem, Syr. حنجر, Hebr.

حنجر, Arab. حنجر, حنجر, حنجر; Lat. *guttur*, *gula*; Græc. *laryng*; Germ. *kehl*, *gurgel*; Gall. *gorge*, *gosier*; Sanscr. *gula*.

2° Alterum onomatopœæ memorandum principium in lingua Syriaca ceterisque Semiticis linguis, nec non in potioribus linguis Indo Europæis clucet in actionibus humanis quæ per peculiaria membra exercentur; horum enim actionum verba semper habent articulationem analogam membro quo actio a singulis verbis expressa exercetur. Sic ex. gr. verbum *Loqui* habet litteram *l* lingualem quia lingua est præcipuum loquendi organum: Syr. **ل**; Hebr. **ל**; Arab. **ل**; Græc. *lalein*; Lat. *loqui*; Itatice *parlare*; Germ. *loben*; Sanser. *lap*. Verbum *Glutire* habet semper *l* cum aliqua gutturali: Syr. Hebr. et Arab. **ل** (1); Græc. *lichn*; Lat. *glut.*; Germ. *schluck*; Sanser. *gal*; Ital. *inghiott*; Angl. *swallow*. Verbum *lingere* habet semper *l* articulationem linguæ qua hæc actio exercetur: Syr. **ل**; Arab. **ل**; Græc. *leich.*; Lat. *ling.*; Sanser. *lih*; Germ. *leck*; Angl. *lick*; Ital. *leccare*; Gall. *lécher*; Hispan. *lam.*; Russice *liz*; Turcice *jalam*; Pers. *lisidan*. Verbum *Spuendi* habet semper *p*, *f*, vel *b* quæ proferuntur labiis ex quibus sonus et materia sputi exeunt: Arab. **ل**; Græc. *ply.*; Lat. *spu.*; Germ. *spei.*; Ital. *sput.*; Hisp. *escup.*; Pers. *taf*. Verbum *Rhonchandi* habet *r* et gutturalem: Syr. et Hebr. **ل**; Arab. **ل**; Græc. *rheng.*; Lat. *rhonch.*; Germ. *schuarch.*; Angl. *snore*; Gall. *ronfl.*; Hisp. *rone.*; Turc. **ل**. Verbum *Spirare* habet dentalem et labialem: Syr. Hebr. et Arab. **ل**;

(1) Nota hic miram dispositionem qua Semitæ, in verbo glutirendi **ل** exprimunt successione naturali tria organa per quæ transit res quæ glutitur; littera enim **ل** labialis denotat labia per quæ ingreditur primo res glutienda; **ل** lingualis linguam quæ deinde illam suscipit; denique **ل** gutturalis guttur ubi desinit.

Græc. *spair.*; Lat. *spir.*; Sanser. *sprh*; Pers. *puf*; Ital. *soff.*; Gall. *souff.* Verbum *Clomare* habet palatalem sequente linguâli: Syr. Hebr. **חלם**; Arab. **صرخ**, **قرا**; Lat. *clom.*; Græc. *craz.*; Sanser. *cur*; Germ. *schrei.*; Ital. *grid.*; Angl. *cry.* Verbum *Ululare* habet *l* repetitum aut cum *r*: Syr. **أولل**; Hebr. **הולל**; Arab. **ولول**; Sansc. *hulul.*; Lat. *ulul.*; Græc. *olol.*; Germ. *heul.*; Ital. *urlare*; Franc. *hur-ler.* Verbum *Currere* habet radicem fere semper diversam etiam in linguis ejusdem familiæ, at semper habet litteram *R*: Arab. **ركض**; Hebr. **רום**; Syr. **רום**; Græc. *trech*, *drom.*; Germ. *ren.*; Sanser. *ranh*; Lat. *curr.*; Angl. *run* (1).

Atque hæc speciminis ergo sufficiunt, ut aliqua notio habeatur de hoc naturali fonte, in linguis Semiticis fœcundissimo, ex quo vocabula primæ necessitatis in nobilioribus mundi idiomatibus emanant.

(1) Præter has similitudinis species inter linguas Semiticas et Indoeuropæas quæ ex onomatopœa oriuntur, est alia quæ admirationem ingerit. Multæ enim sunt res naturales et notiones grammaticales quæ eisdem vocibus exprimuntur apud populos Semiticis et gentes Indoeuropæas. Liceat hic nonnulla producere: - I Lat. *Cornu*, Gr. *Ker*, Hebr. Syr. et Arab. **قرف**, Germ. et Angl. *Horn*. - II Lat. *Taurus*, Gr. *Tauros*, Arab. **ثور**, Syr. **أوز**, Hebr. **חזז**, Stier. - III Lat. *Jugum*, Gr. *Zeugos*, Arab. Syr. et Hebr. **أهيب**, Germ. *Joch*, Sansc. *Juga*. - IV Lat. *Cribr.* Arab. **غريل**, Syr. **خزك**, **خزكلا**, Hebr. **חצב**. - V Lat. *Saccus*, Gr. *Saccos*, Syr. et Hebr. **صفا**. - VI Lat. *misc.*, Gr. *misg.*, Arab. et Syr. **طريق**, Hebr. **طريق**, Sansc. *miçr*, Pers. *amith*, Ger. *misch.*, Polon. *miş*, Cell. *mesk*. - VII Lat. *tura* (inusitatum pro porta, unde obturare), Gr. *thyra*, Germ. *thür*, Angl. *door*, Sansc. *duar*, Pers. *dar*, Russ. *dwer*, Arab. **ثيرة**, Hebr. **חזק**, Syr. **لوزك** per metathesin. Quibus adde præcipuorum animalium nomina: - I Lat. *canis*, Gr. *hyn*, Germ. *hund*, (pro *cund*), Angl. *hound*, Arab. Syr. et Hebr. **حلك** (cum *l* pro *n*), Sansc. *cucura*, Turc. *copac*. - II Lat. *corvus*, Gr. *corax*, Sansc. *carava*, Arab. **غراب**, Syr. **كوزط**, Hebr. **קוזט**, Germ. *habe*, Angl. *crow*, Pers. *cargia*. - III Lat. et Gr. *scorpius*, Arab. Syr. et Hebr. **حمت**, - IV Lat. *catulus*, Germ. *katze*, Arab. **قط**, Syr. **مها**,

## CAPUT VII

DE VOCABULORUM SYRIACORUM TYPIS EORUMQUE  
FLEXIONIDUS, ET DE DERIVATIONE

**130** – Quamquam Syriaca lingua communem habeat cum omnibus mundi linguis hanc proprietatem, quod vocabula certo et determinato syllabarum et litterarum radicalium debeant constare numero, quem præterire nequeant, tamen Syriaca lingua simul ac ceteræ linguæ Scmiticæ, hanc alteram habent memorabilem, præ omnibus mundi linguis, proprietatem, quod in ipsis omnia vocabula, i. e. tum nomina, tum præsertim verba, juxta certos ac determinatos *typos* formari debeant. Typus autem constat ex quadam constanti dispositione litterarum tum radicalium tum additiarum, earumque vocalium. Unusquisque igitur typus habet suum proprium numerum litterarum radicalium, suum numerum litterarum formativarum, proprium situm quiescentium, proprium situm motarum, determinatam speciem vocalium, i. e. longarum vel clausarum. Id exemplis clarum fit. Verbum **قنب** habet typum constantem tribus litteris radicalibus tantum, cujus prima quiescens est quiescentia accidentali (i. e.

Pers. *garbe*, Angl. *cat*, Ital. *gatto*, Gall. *chat*. – V Lat. *lupus*. Græc. *lycos* (cum *c* pro *p*), Arab. Hebr. et Syr. **قنب** (cum *d<sup>h</sup>* pro *l*), Germ. et Angl. *wolf*. – VI Lat. *vulp.*, Gr. *alopece*, Arab. **نعلب**, Syr. **لعلل**, Hebr. **מלל**, Germ. *fuchs* (conf. *wolf lupus*). Particula negandi constat articulatione liquida *n*, vel *m* vel *t*; nam Gr. *me*, *ne*, Lat. *non*, *ne*, Germ. *nieht*, *nein*, Sansc. et Pers. *na*, Arab. *la*, *ma*, Hebr. et Syr. *la*, Turc. *ma*. Interjectio: Gr. *ua*, *vai*, Lat. *vah*, *vai*, Arab. **وَي**, Syr. **فد**, Sansc. *vata*, Germ. *veh*, Ital. *gnai*, Gall. *ouai*. Denique adjectivum relationis seu denominativum formatur per suffixum *i* (Hebr. Pers. et Angl.), vel *ij* (Arab.), vel *te* (Lat. et Gr.), vel *isch* (Germ.) vel *aj* (Syr.), vel *ti* (Turc.). Nec præterire lubet miras quasdam similitudines quæ cernuntur inter linguam Syriacam et Latinam præ Græca; ex. gr. **حدا** *curtus*, (Pers. *cutah*, Curd. *curta*), **لؤبلا**, *gallus*, **حنملا** (Somit. *radix*) *amarus*, **حطلا** (Arab.) *amita*, **او** (Somit.) *aut* **كلك** (Somit.) *altus*, **ملا** (Arab.) *dulc.* (coll. Græc. *glyc.*).





bus et verbis, quod est præcipuus grammatices scopus, typus non mutat formam, i. e. ordo quiescentiæ et mobilitatis perseverat, atque vocales longæ nullam subeunt mutationem; tandummodo vocales clausæ propter fixas litteræ novam motionem possunt sive situm mutare, sive elidi, sive aliam mutationem subire juxta regulas suo loco expositas.

**133** - Alterum grammatices objectum est *Derivatio*, quæ est noverum typorum sive nominum, sive verborum formatio ex noto typo. Omnis derivationis fons in Semiticis linguis est verbum et quidem præteritum. Sed et non raro e nominibus, potissimum concretis, verba nova derivantur.

Hæc omnia in sequentibus libris plene patebunt ac clarescent.

---

#### MONITUM

In posterum adhibebimus alphabetum Occidentalium eorumque systema, pro utraque dialecto, nempe Syriaca Occidentali atque Orientali quoties ab invicem non discrepant: in casu discrepantiæ in textu sequemur usum Occidentalium, et in notis referemus morem Orientalium.




## LIBER III

### DE NOMINE



#### CAPUT I

##### DE FORMIS NOMINIS IN GENERE ET IN SPECIE

**134** - Nomen Syriace  dicitur. Ante omnia sciendum nomina apud Syros non declinari pro casibus, i. e. non assumere in fine diversas terminationes pro diversis casibus quos possunt habere in constructione, secus ac res se habet in linguis Græca, Latina, Arabica (1) aliisque.

**134<sup>II</sup>** - At, quod linguæ Syriacæ proprium est, omnia nomina in hac lingua, assumunt in fine litteram alaf præcedente zqafa, quod dicitur alaf *status emphatici*. Hoc alaf respondet *tanuino* Arabum cum fath<sup>h</sup>a, quamquam illud significet sæpius determinationem, hoc indeterminationem. Etenim quemadmodum *tanuin* Arabum, ita et hoc alaf Syriacum abjicitur cum sua vocali a nomine quando construitur cum alio nomine per regimen

---

(1) Ridiculos admodum ac dixerim stultos se exhibent aliqui inter Europæos Orientalistas, nomen philologorum non merentes, qui asserunt nominum declinationem in lingua Arabica esse puram fictionem recentiorum poetarum, quia non exstat in linguis Meharica et Aramaica. Ergo eodem jure potest illi declinationem nominum in lingua Latina esse fictionem quia non exstat in linguis Romanis! Qui scientias super factorum evidentiorum negationes aut dubitationes fundare vult, eas tandem funditus destruit.

vel quando flectitur. Unde vides cuocta nomina Syriaca sive masculina sive fœminina tum singularis, tum pluralis nominis, excepto ut plurimum plurali terminationis masculinæ (1), assumere hoc alaf, scilicet habere ultimam syllabam exeuntem in A juxta modum pronuntiandi Orientalium, vel in O juxta rationem effereodi Occidentalium, ut  $\text{سَاجِدٌ}$  *servus*,  $\text{مَلِكَةٌ}$  *regina*,  $\text{رَبُّ$  *Domini*. Unde vides etiam omnes species nominum quæ apud Arabes suscipiunt *tanuin*, accipere apud Syr. hoc alaf emphaticum. Cum autem *tanuin* apud Arabes triplex sit, i. e. vel cum U vel cum A, vel cum I, Syri ex his tribus unum adoptarunt quod habet A, i. e. casus obliqui quemadmodum ex duobus terminationibus quas nomen dualis numeri et nomen pluralis sani habent in lingua Arabica, retinuervat Syri terminationem casus obliqui quæ respondet *tanuino* A.

**135** - Nominum omnium, atequam alaf emphaticum assumant, typi in lingua Arabica puri reperiuntur, sive ea *taw* fœminini careant, sive illud habeant. Si hæc nomina cum illis typis Arabicis conferas, ea reperies, ratione assumpti alaf emphatici, aliquam modificationem subire, i. e. abjicere ultimam nominis vocalem si est brevis (conf. n. 106. 3), et tunc sæpe locum habent mutationes de quibus egimus lib. II, cap. 2.

**135<sup>II</sup>** - Exstant tamen in Syriaca lingua diversa nomina quæ alaf emphaticum non assumunt. En præcipua. - I Inter comica appellativa seu communia omnia nomina fœminina quæ in *jod*<sup>h</sup> exeunt præcedente

(1) Et hoc etiam plurale habebat antiquitus alaf emphaticum, dicebatur enim, ex. gr.  $\text{سَاجِدُونَ}$ ,  $\text{مَلِكُونَ}$ ,  $\text{رَبُّونَ}$ ; pro  $\text{سَاجِدُونَ}$ ,  $\text{مَلِكُونَ}$ ,  $\text{رَبُّونَ}$ . Imo etiam hodie, i. e. in Syriaco qui dicitur litteralis, sæpe nomen habens pluralis masculini terminationem clauditur per alaf emphaticum, ut  $\text{سَاجِدُونَ}$ ,  $\text{مَلِكُونَ}$ .

pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a, ex. gr. **לָמַב** (1) *pactum*, **עֲמֻבָּ** *error*, **עֲרַבָּ** (2) *aranea*. - II Alia paucissima nomina absque ratione apparenti, ex. gr. **מַנְמָלָא** *craticula*, **מַלְפִּיזָּ** (3) *locusta alba*, **מַנְמָלָא** *stamen*, **מַנְמָלָא** *capparis*, quæ omnia feminina sunt; quibus adde **מַנְמָלָא** et **מַנְמָלָא** *aliquis et aliqua* (non nominati). - III Nonnulla nomina quæ ab origine ut adverbia posita sunt, v. g. **מַנְמָלָא** *nudus*, **מַנְמָלָא** *gratis*, **מַנְמָלָא** *statim*, **מַנְמָלָא** *vix*, etc. - IV Plurima nomina communia exotica, ut **מַנְמָלָא** (4) *orbis terra*, **מַנְמָלָא** *Inferum*, **מַנְמָלָא** (5) *organum*, **מַנְמָלָא** (6) *testamentum*. - V Omnia nomina litterarum alphabeti (7), ex. gr. **מַנְמָלָא**, **מַנְמָלָא**, **מַנְמָלָא**, etc. - VI Fere omnia nomina propria locorum, montium, fluminum, urbium, oppidorum, mensium, stellarum, etc. ex. gr. **מַנְמָלָא** *Cardu* (mons quo stetit arca Noachi), **מַנְמָלָא** *Euphrates*, **מַנְמָלָא** *Tigris*, **מַנְמָלָא** *Eden*, **מַנְמָלָא** *Babylonia*, **מַנְמָלָא** *Ninive*, **מַנְמָלָא** *Damascus*, **מַנְמָלָא** *Assyria*, **מַנְמָלָא** *Judæa*, **מַנְמָלָא** *Alcos<sup>h</sup>* (patria Nahum prophete), **מַנְמָלָא** *Octo-*

(1) Orientales **מַנְמָלָא** cum zlama leni.

(2) Hujusmodi nomina respondent in arab. ling. nominibus femininis quæ in **مَنْوَرَة** exeunt, ut **مَنْوَرَة** *ذكري*; quæ cum tanium accipere non possint, propterea et Syriaca quæ illis similia sunt alaf emphaticum respuunt.

(3) Dalath<sup>h</sup> habet pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am apud Orientales.

(4) Taw habet zlamam duram.

(5) Orient. **מַנְמָלָא**.

(6) Orient. **מַנְמָלָא**.

(7) Hæc nomina antiquitus habebant alaf emphaticum, dicebatur enim **מַנְמָלָא**, **מַנְמָלָא** vel **מַנְמָלָא**, etc. ut testatur lingua Græca quæ hæc nomina a Syris accepit. Cur autem Syri postea hæc nomina per g<sup>h</sup>alamam quæ est ipsis familiaris, mutilaverint, eaquo sic mutila i. e. alaf emphatico carentia, Hebræis tradiderunt, id nemo dicere potest.

ber vel November, <sup>٩</sup> تمّصّ Aprilis, <sup>٩</sup> داه Saturnus, etc.  
 -VII Plurima nomina propria hominum (1), ex. gr.  
<sup>٩</sup> دال Bel, <sup>٩</sup> نكف Naaman, <sup>٩</sup> هادي Hadhadh, <sup>٩</sup> نجه Nabu,  
<sup>٩</sup> ماري Mari, <sup>٩</sup> مخاب Habibus. Sunt tamen multa cum  
 alaf emphatico nomina propria Syriacæ originis virorum  
 et mulierum, ex. gr. <sup>٩</sup> كالا Baal, <sup>٩</sup> آستارت Astarte, <sup>٩</sup> هجر,  
<sup>٩</sup> موزا, <sup>٩</sup> مكيل, <sup>٩</sup> ممدان.

**136** - Si omnia et singula Syriaca nomina rite  
 perpendas, videbis ea, uti nomina Arabica, sequi quas-  
 dam determinatas formas, seu typos, a quibus minime  
 recedunt. Primo nobis agendum est de numero litterarum  
 quibus nomina componi possunt, et postea dicemus  
 de eorundem formis.

**137** - Nomina quoad numerum litterarum qui-  
 bus constant, dividuntur in *bilittera* post elisionem, *tri-  
 littera*, *quadrilittera* et *quinilittera*. Singularum harum  
 classium nomina possunt esse vel talia simpliciter seu  
*nuda* i. e. quæ litteris mere radicalibus constant, vel  
*aucta* i. e. quæ habeat præter radicales alias iis super-  
 additas. Numerus litterarum radicalium nominis apud  
 Syros, uti apud Arabes, imo apud omnes gentes, non  
 potest esse major quinque. Manifestum porro debet esso  
 nos per totum hunc tractatum inter litteras quæ compo-  
 nunt quodvis nomen, non computare alaf emphaticum  
 ex eo quod illud sit velut expeditio ultimæ radicalis.  
 Advertendum autem nos hic agentes de formis seu

(1) Nomina propria Syrorum virorum et mulierum post Christianismi or-  
 tum, pauca sunt Syriaco originis; omnia cetera aut Hebraica, aut Græca, aut etiam  
 Persica. In ethnismo nomina Syrorum nobis nota sunt potissimum ex inscrip-  
 tionibus lapideis Palmyre, Haurani aliorumque locorum, ex quibus habemus, ex.  
 gr. <sup>٩</sup> كبره, <sup>٩</sup> مزيجه, <sup>٩</sup> كجيب, <sup>٩</sup> صالا, <sup>٩</sup> ممني, <sup>٩</sup> طميطه, <sup>٩</sup> اجميو.

typis nominum, Orientalium pronunciandi systema non Occidentalium considerare, quia illud aptius est ad determinandas declarandasque formas nominum (Cf. 40).

138-Nomina *bi'ittera* Syriaca sunt fere eadem ac quæ apud Arabes, scilicet: אָבָא (pater), בְּרִיָּא (filius), אָמָא (frater), בְּרִיָּא (sanguis), מְחַלָּא (nomen), לִיָּא (modus), לְבָא (uber), מְחַלָּא (socer), מְחַלָּא (manus), מְחַלָּא (1) (centum), מְחַלָּא (2) (sex), מְחַלָּא (os), מְחַלָּא (fundus). Quæ quidem nomina in hoc a ceteris differunt quod duabus tantum radicalibus constant, quorum posterior tantum habet motionem. Siquidem motiones quæ affeunt initialia nominum sequentium: אָבָא, אָמָא, et אָמָא adscititiæ sunt, et euphoniæ causa appositæ, ex eo quod impossibili sit alaf et jod<sup>h</sup> initialia in statu quiescentiæ efferri: proinde pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a quam habet littera alaf in vocibus אָבָא et אָמָא, est *suffurata*, minime vero *plena* (n. 103). Item nomen אָמָא erat in origine אָמָא iucipiens a jod<sup>h</sup> quiescente prorsus ad typum אָמָא, sed euphoniæ causa, jod<sup>h</sup> assumpsit zlamam, unde factum est אָמָא et deinceps zlama in h<sup>h</sup>vas<sup>a</sup>am quæ homogenea est litteræ jod<sup>h</sup>, mutata fuit, unde tandem אָמָא. Item מְחַלָּא est pro

(1) Secundum alaf nominis מְחַלָּא non est alaf status emphaticus ut est in אָבָא et מְחַלָּא, sed est signum feminini pro H Arabico et et Hebraico ut in מְחַלָּא (causa).

(2) מְחַלָּא est pro מְחַלָּא cum duplicatione law, hocque est pro מְחַלָּא ut res se habet etiam in Arabico sermone. Duplicatio autem law in מְחַלָּא ex hoc apparet quod law dure pronunciat; secus enim leniter pronuncietur juxta regulam.

فعلًا cum ف moto vocali brevi U seu 's's's's'a, quæ a recentioribus pronunciatur longa (59.5) ut faciunt cum (فعلًا, فعلًا). Nomen autem (فعلًا) consideratur ut sine alaf sicuti est Arabicum است, quod probatur ex composito (فعلًا) (fundamentum) quod est sine alaf. Inter nomina bilittera recensendum est مائة (unus) et اثنين (duo).

Adverte, nomina quæ constant duabus dumtaxat litteris, quarum tamen vel prior habent motionem plenam, vel posterior sit geminata, non esse bilittera, ut (فعلًا) (seculum), (فعلًا) (1) (forum), (فعلًا) (2) (caput), (فعلًا) (acetum).

139 - Inter nomina bilittera plura sunt quæ habent in fine adjectam litteram taw quæ est signum feminini, eaque per hoc non cessant esse bilittera, ex. gr. (فعلًا) filia, (فعلًا) soror, (فعلًا) finis, (فعلًا) signum, (فعلًا) vel (فعلًا) pulmo, (فعلًا) mensuræ species, (فعلًا) facies, (فعلًا) centuria, (فعلًا) ancilla, (فعلًا) annus, (فعلًا) labium, (فعلًا) essentia, (فعلًا) patria, (فعلًا) fœcus; quibus adde nomina abstracta derivata a verbis pe-jod<sup>h</sup> vigentibus aut mortuis ut (فعلًا) cura, (فعلًا) conventus, (فعلًا) somnus, (فعلًا) ira, a (فعلًا) seu (فعلًا), quorum tria ultima inusitata sunt. Hæc omnia nomina feminina unam radicalem litteram perdidit. Specialem attentionem merentur duo nomina feminina (فعلًا) propago et (فعلًا) dolus, quorum unumquodque unam

(1) Ille waw est signum motionis (◁), non vero est littera.

(2) Apud Orientales cum zama dura (فعلًا)

tantum radicalem litteram conservat, quorumque etymologia incerta est.

140 - Nomina trilittera nuda, h. e. quæ mere tribus radicalibus constant, tres dumtaxat habent formas (forma apud Syros  $\text{ܘܫܘܩܐ}$ ) (1) *schema* dicitur vel  $\text{ܘܫܘܩܐ}$  *mensura*.) Hæ tres formæ in hoc inter se conveniunt quod mediam quiescentem habeant, et discrepant quoad primam radicalem, quæ in prima forma habet pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am, ex. gr.  $\text{ܘܫܘܩܐ}$  (*sepulcrum*); in secunda forma habet zlamam lenem, ex. gr.  $\text{ܘܫܘܩܐ}$  (*sal*); in tertia habet 's<sup>h</sup>as<sup>h</sup>am, ex. gr.  $\text{ܘܫܘܩܐ}$  (2) (*sanctum*). Totidem formas nomina trilittera nuda geminata, i. e. quæ constant duabus litteris, quarum tamen secunda geminatur (apud Orientales). Exemplum 1<sup>o</sup> formæ cum pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a ad primam radicalem  $\text{ܘܫܘܩܐ}$  (*patruus*); exemplum 2<sup>o</sup> formæ cum zlama ad primam  $\text{ܘܫܘܩܐ}$  (*dens*); exemplum 3<sup>o</sup> formæ enim 's<sup>h</sup>as<sup>h</sup>a  $\text{ܘܫܘܩܐ}$  (*dilectio*). Item dicendum de trilitteris nudis concavis, quæ scilicet constant duabus litteris consonantibus, quarum prior tamen habeat motionem productam quam sequitur mater lectionis vel expressa vel subintellecta, quæ quidem motio producta ad primam consonantem vel est zqafa, cum qua mater lectionis latet plerumque subintellecta, ut  $\text{ܘܫܘܩܐ}$  (*cor, animus*); vel h<sup>h</sup>vas<sup>a</sup> cum qua copulatur aut jod<sup>b</sup>, ut  $\text{ܘܫܘܩܐ}$  (*judicium*), aut alaf, ut  $\text{ܘܫܘܩܐ}$  (*festum*), aut mater lectionis latet subintellecta, ut  $\text{ܘܫܘܩܐ}$  (*caput*); vel motio producta est 's<sup>h</sup>as<sup>h</sup>a conjuncta constanter cum waw, ex. gr.

(1) Apud Orientales cum zlama dura.

(2) Non computatur waw quia est signum mollouis (6).



وَسْمًا (spiritus). Eadem trilittera nuda concava possunt habere pro media radicali waw vel jod<sup>a</sup> præcedente pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a, i. e. diphthongus ut dicunt Europæi, ex. gr. رَهْطًا (jejunium), حَمَلًا (mensura). Tres quoque formas habent nomina trilittera nuda defectiva seu imperfecta lamadh quæ scilicet pro tertia radicali aut waw, ut رَمِيمًا (serenum), مَرْمُوهًا (adspectus), aut jod<sup>h</sup> habent, ut رَجِيمًا (dorcas), عَجِيمًا (captivitas), عَجْوَلًا (catulus). Huic classi trilitterarum subjungi possunt trilittera nuda hamzata, ut مَرْمُوزًا (cucurbita), مَرْمُوزًا (plerilanium), مَرْمُوزًا (multitudo).

141 - Trilittera nuda Syriaca ob causas quas præcedenter exposuimus (n. 102 et 104), nequeunt alias præter has tres habere formas, nimirum, ex eo quod Syrii suppressere soleant vocales breves, fit ut apud ipsos non habeant locum formæ trilitterarum Arabicæ quæ utramque radicalem, h. e. primam et secundam mobilem præseferant, nempe formæ sequentes فَعْلٌ, فَعِلٌ, فَعِلٌ, فَعِلٌ, فَعِلٌ, فَعِلٌ, et فَعِلٌ; sed tres prædictæ formæ Syriacæ complectuntur eumetas decem formas Arabicas. Porro notandum est non deesse in Syriaca lingua indicium quod virtualiter, ut ajunt, existant in ea formæ trilitteræ habentes duas primas radicales mobiles, nempe cum tertia radicalis est una ex litteris ح, ح, ح, tunc enim, si forma nominis Arabici respondentis, hujusmodi nomini Syriaco habeat secundam radicalem mobilem, tertia illa radicalis nominis Syriaci fit lenis per رَهْطًا ex. gr. رَهْطًا (grando), رَهْطًا (aurum), quod argumentum evidens est litteram quæ præcedit illam tertiam fuisse

mobilem, secus enim tertia illa radicalis debuisset esse dura per  $\text{ܩܩܩ}$ , quod proprium est litteræ mobili post quiescentem.

142 - Eadem tres formæ Syriacæ nominum trilitterorum nudorum comprehendunt etiam nomina trilittera nuda aucta a fine cum littera taw formativa fœmini. Exempla formæ habentis  $\text{ܩܩܩܐܡ}$  ad primam radicalem, ex nominibus sanis  $\text{ܩܩܩܐܘܢܐ}$  (*hasta*); ex geminatis  $\text{ܩܩܩܐܘܢܐ}$  (*hortus*); ex concavis  $\text{ܩܩܩܐܘܢܐ}$  (*delictum*)  $\text{ܩܩܩܐܘܢܐ}$  (*vetula*),  $\text{ܩܩܩܐܘܢܐ}$  (*cerva*); ex imperfectis in lamadh  $\text{ܩܩܩܐܘܢܐ}$  (*gaudium*). Exempla formæ habentis zlamam ad primam, ex sanis  $\text{ܩܩܩܐܘܢܐ}$  (*sapientia*); ex geminatis  $\text{ܩܩܩܐܘܢܐ}$  (1) (*causa*); ex concavis  $\text{ܩܩܩܐܘܢܐ}$  (*cætus*); ex imperfectis in lamadh  $\text{ܩܩܩܐܘܢܐ}$  (pro originali  $\text{ܩܩܩܐܘܢܐ}$  cum jodh quiescenti) (*lutus*),  $\text{ܩܩܩܐܘܢܐ}$  (pro originali  $\text{ܩܩܩܐܘܢܐ}$ ) (*negotium, res*). Exemplum tertie formæ habentis  $\text{ܩܩܩܐܘܢܐܡ}$  ad primam, ex sanis ut  $\text{ܩܩܩܐܘܢܐܡ}$  (*osculum*); ex geminatis  $\text{ܩܩܩܐܘܢܐܡ}$  (*amphora*); ex concavis  $\text{ܩܩܩܐܘܢܐܡ}$  (*imago*). Idem teneto de nominibus trilitteris hamzatis  $\text{ܩܩܩܐܘܢܐܡܐ}$  (*interrogatio*).

143 - Sciendum est in nominibus trilitteris nudis assumentibus litteram taw servilem, sæpenumero elidi unam ex radicalibus ut supra (n. 139) vidimus. Interdum hujusmodi nomina derivata a radicibus diversis, nempe geminata, concava et elisa posse videri

(1) Ille geminatio tollitur, ne producat vocalem brevem, quam non fert lingua Syriaca (n. 102).

unius ejusdemque speciei, cum tamen res non ita se habeat. Sic v. g.  $\text{كَلِمَةٌ}$  (*sponsa*) ortum est a  $\text{كَلِمٌ}$  et proinde est geminatum;  $\text{كَلِمٌ}$  (*caput*) est concavum;  $\text{كَلِمَةٌ}$  (*filia*) in quo elisa fuit una ex radicalibus. Ad dignoscendam radicem plurimum juvat hæc nomina cum typis Arabicis respondentibus conferre.

144 – Præterea nomina trilittera nuda in assumendo *taw* feminini, subeunt quandoque modificationem quamdam, inde acquirunt novas formas præter tres supra expositas: scilicet vel transfertur motio a prima radicali ad secundam v. g.  $\text{مَجْنُونٌ}$  (*socia*),  $\text{لَطِيفٌ}$  (*latus*), vel retinetur motio ad primam radicalem, sed adjicitur etiam secundæ, euphoniæ causa, aliqua motio, v. g.  $\text{قَسِيْمٌ}$  (1) (*sacrificium*),  $\text{عَطْفَةٌ}$  (1) (*lacrima*) vel servatur motio ad primam, sed insuper tertiæ radicali, quando nempe est littera infirma, additur motio ipsi affinis, v. g.  $\text{مَبْهُوَةٌ}$  (*gaudium*).

145 – Hactenus de principalioribus formis trilittorum nudorum. Trilittera autem *aucta* sunt ea quæ radicalibus habent unam vel plures litteras additas. Quæ additio tribus modis fit, nimirum vel per duplicationem unius ex radicalibus, vel per productionem motionis unius earum, vel denique per additionem unius vel plurimum litterarum exterarum ad radicales nominis.

146 – Augetur ergo nomen per productionem motionis unius ex radicalibus, nempe unam ex vocalibus longis h. e. vel *zqafam*, vel *h<sup>h</sup>vas<sup>s</sup>am*, vel *ʿs<sup>s</sup>as<sup>s</sup>am*; augetur vero per duplicationem radicalis nempe geminando unam ex radicalibus post vocales *pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am*,

(1) Orientales tamen movent secundam radicalem per *mhagjanam*.

rvas<sup>a</sup>am vel rwah<sup>b</sup>am : inde oriuntur formæ nominum auctorum quæ differunt a formis *nudorum*, quorum præcipuæ quæ scilicet per productionem vocalis vel per geminationem formantur sunt sequentes :

I - **فَعَلَّ** Addito in fine alaf emphatico, tollitur geminatio una cum pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a secundæ radicalis (v. n. 102), v. g. **مَهَنْ** (*clipeus*), **تَنْ** (*talentum*), quæ in origino erant **مَهَنْ** et **تَنْ**; adde **أَغْنُ** *agnus*, **رُؤُ** *collum*, quæ similiter habent mediam litteram virtualiter geminatam. Hujusmodi forma assumendo *taw* feminini requirit pristinam geminationem secundæ cum pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a ei adnexa, v. g. **أَفْطَا** (*epistola*), **أَمْلَا** (1) (*catena*).

II - **فَعِلَّ** Cum geminatione *lumad<sup>h</sup>* post pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am vel zlamam ad *cain*, suppressa tamen notione primæ radicalis juxta dicta (n. 102), ex. gr. **فَلْجَا** (*tympanum*), **فَنْجَا** (*milium*), **فَنْجَا** (*idolorum sanum*), **لْجَا** (*tripos*), **فَنْجَا** (*bacca*).

In hujus formæ nominibus habentibus in fine *taw* fœminini, tollitur geminatio (n. 102), ex. gr. **لْطَا** (*platea*) cujus originale est **لْطَا**.

III - **فَاعَلَّ** In qua quiescit secunda radicalis, quando nomen assumit alaf emphaticum. Ex. gr. **سُطَا** (*annulus*), **دُؤَا** (*sacerdos*), **لْخَا** (*mundus*). Attamen euphoniae causa reapparet motio secundæ radicalis in nominibus hujus formæ cum assumunt *taw* feminini, ex. gr. **سُطَا** (*monumentum*), **دُؤَا** (*os dorsi*).

(1) Occidentales efferunt s<sup>h</sup>in cum h<sup>h</sup>vas<sup>a</sup>.

IV - **فَعَالٌ** Cujus prima semper apud Syros quiescit. Exempla: **حَمِيْلٌ** (*cuspis haste*), **حَكْمٌ** (*pax*), **رَبِيْعٌ** (*montis radix*), **حَبِيْبٌ** (*usus, mos*); nisi prima radicalis sit alaf vel jod<sup>h</sup>, tunc assumit motionem (Conf. n. 104), ut **أَعْرَبٌ** (*cervical*), **أَيَّامٌ** (*dies*). Interdum alaf initiale otiiatur in pronuntiatione tantum, ex. gr. **أَنَامٌ** (*homines*). Exempla hujus formæ cum taw fœminini: **مَكْنِيَةٌ** (*ima pars rei*), **دُنُوْبَةٌ** (*supellectile domus*), **قَلَامٌ** (*mensura*).

V - **فَعِيْلٌ** In qua abjicitur vocalis primæ radicalis, (n. 102), ex. gr. **مُهَيَّبٌ** (*occisus*), **خَبِيْبٌ** (*exosus*); in nominibus tamen quæ habeat pro primâ radicali alaf vel jod<sup>h</sup>, vocalis primæ apparet, ex. gr. **أَجْمَلٌ** (*tristis*), **مَكِيْبٌ** (*natus*). Conf. n. 104. Exemplum ejusdem formæ cum taw fœminiai: **فَتِيْمَةٌ** (*patina*).

VI - **فَعُوْلٌ** In qua eliditur vocalis primæ radicalis (n. 102). Ex. gr. **أَكْوَرٌ** (*parvus*), **أَكْوَرٌ** (*frumentum*). Exemplum cum taw fœminiai: **مَكْوَرَةٌ** (*granum perforatum*).

VII - **فَعَالٌ** Exempla **قَبِيْلٌ** (*aratrum*), **صَكْمٌ** (*nauta*), **حَيْبٌ** (*cithara*), **سَمَلٌ** (*sinistrum*), **كَهْمَجٌ** (*perquisitio*), **مَهْوَجٌ** (*missa*).

VIII - **فَعِيْلٌ** Exempla **مُهَيَّبٌ** (*culler*), **مُهَيَّبٌ** (*sanctus*).

IX - **فَعُوْلٌ** Exempla **فَتُوْلٌ** (*pullus*), **مَرُوْلٌ** (*malum*).

X - *فِعُول* Exempla *وְخֶוּ* (*apis*).

XI - *فَاعَال* Exempla *سַחְלָא* (*satanas*), *זַגְלָא* (*filamenta palmae*).

XII - *فَاعוּל* Exempla *סֻכְחָלָא* (*profluvium*), *סֻכְחָלָא* (*obolus*).

XIII - *פְּאָעֵל* Exempla *סַחְמַלָא* (*eunuchus*), *זַגְבִּיָא* (*jugum textoris*).

XIV - *פִּמְאָל* Exempla *דִּנְרָא* (*denarius*), *קִיָּוָא* (*cithara*).

XV - *פִּיּוּל* Exempla *חַבִּיבָא* (*tuba*).

XVI - *פּוּעֵל* Exempla *כַּחְרִמָא* (*cucumis*).

Singulis istis formis respondent totidem formæ fœmininæ desinentes in *taw*.

**226** — Suffixum tertiæ fœmininæ sing. distinguitur orthographice per punctum magnum superius appingendum. Porro hujusmodi *ā* pronomen 3<sup>m</sup> fœm. sing. habebat in origine vocalem zqafam (nimirum *a* longum) ut in Arabica lingua, sed postea progressu temporis quiescens evasit, retracta vocali zqafa ad litteram præcedentem, quoties hæc littera præcedens habet zlamam cum suffixo 3<sup>m</sup> masc. ex. gr. *وَمَآءَ* (*caput ejus f.*) *فَهْدَانِ* (*coma ejus f.*) quoniam cum suffixo 3<sup>m</sup> masc. dicitur *وَمَآءَ* et *فَهْدَانِ*. Igitur ex. gr. *كَلْبَانِ* est pro *كَلْبَانِ*, in quo zqafa a littera *he* transiit ad *b*, et sic pro *calbha* dicitur *calbah*. Quod si hoc *he* suffixum venit post jod<sup>h</sup> vel waw quiescentia, tunc nulla fit mutatio, neque quoad suffixum *ā*, neque quoad *u* et *o* quiescentia, cum nequeat vocalis suffixi *ā* ad litteram præcedentem transire, sic v. g. dicitur *أَمِيْنَتِ* (*manus ejus f.*), *مَهْدَانِ* (*visita tu fœm. ipsam*), *أَمِيْنِ* (*frater ejus fœm.*)

**227** — Littera characteristicæ personæ 2<sup>m</sup> pluralis masc. et 3<sup>m</sup> pluralis masc. apud Syros est nun loco mim Arabum et Hebræorum (n. 90. 2) post *caf* pro 2<sup>a</sup> persona, et post *he* pro 3<sup>a</sup>, habentia (i. e. *caf* et *he*) vocalem *rwah<sup>h</sup>am* (n. 101). Nun est etiam littera characteristicæ pluralis fœm., sed cum ea *caf* et *he* habeat zlamam sequente jod<sup>h</sup>.

(1) In inscriptionibus Palmyrenis quæ hucusque conservatæ sunt, videmus litteras *he* et jod<sup>h</sup> in pronomine 3<sup>m</sup> pers. de quo hic est sermo, notatas eadem ratione ac hodie mos est. Unde colligero licet vel has duas litteras in illis temporibus efferrî adhuc solitas fuisse, vel hodiernam orthographiam quæ scribere jubet litteras e prononciatione cadentes, jam illa ætate vigentem fuisse.

**228** – Hactenus de conditionibus pronominum personalium quæ suffiguntur tum nominibus tum verbis tum particulis, quæque respondent pronominibus accusativis et genitivis apud Arabes, et accusativis, dativis, ablativis et possessivis quoque pene Latinos. Quod autem spectat ad nomina, verba et particulas quando ipsis suffiguntur ista pronomina, id postea videbis suo loco. Item in tractatu de verbo sermo erit de pronominibus nominativis quæ verbo annectuntur in tota ejus conjugatione.



## CAPUT II.

### DE SUFFIGENDO PRONOMINE PERSONALI NOMINIBUS ATQUE PARTICULIS.

**229** – Singularum personarum suffixa jam exhibuimus, quæ eodem modo tum nominibus tum particulis subnectuntur. Nomini autem pronomina non subnectuntur si est in statu *gd<sup>h</sup>amæ*, sed restitui debet nomen antea ad statum emphaticum. His positis, sciendum est hujusmodi subnexionem duplici modo fieri; nempe vel per modum singularis numeri, vel per modum pluralis. Subnexio quæ fit per modum singularis, habet locum cum omnibus nominibus quæ desinant in *zqafam* quæque non sint apocopata per *gd<sup>h</sup>amam*, sive ea sint masculina, sive fœminina, sive singularia, sive pluralia desinentia in *taw fem.* exceptis nominibus quæ desinunt in *jod<sup>h</sup>* mobile per *zqafam* post *pthah<sup>h</sup>am*, ut **طَهِيرٌ** (*puri*), **عَلَوٌ** (*excelsi*); itemque habet locum cum plerisque





صَدِّقَهُ إِجْمَ (1) Domini tui f.      صَدِّقَهُ بِإِذْنِهِ Domini vestri f.  
 صَدِّقَهُ بِأَيِّهِ (1) Domini ejus m.      صَدِّقَهُ بِأَيِّهِمْ (2) Domini eorum  
 صَدِّقَهُ بِأَيِّهَا (1) Domini ejus fœm.      صَدِّقَهُ بِأَيِّهِنَّ (2) Domini earum

IV

حَيْثُ أَجِبُ apud me      كَيْفَ أَجِبُ apud nos  
 كَيْفَ أَجِبُ apud te masc.      كَيْفَ أَجِبُكُمْ (2) apud vos masc.  
 كَيْفَ أَجِبُكُمْ (1) apud te fœm.      كَيْفَ أَجِبُكُمْ apud vos fœm.  
 كَيْفَ أَجِبُهُ (1) apud eum      كَيْفَ أَجِبُهُمْ (2) apud eos  
 كَيْفَ أَجِبُهَا apud eam      كَيْفَ أَجِبُهُنَّ apud eas

230 – Nihilominus ab ista regula tria nomina excipiantur, i. e. أَبٌ (*pater*), إِخْوَانٌ (*frater*), مَعَالٌ (*socer*), quæ quidem tria nomina sunt ex numero *quinque nominum* notorum studentibus linguæ Arabicæ. Hæc igitur tria nomina adsciscunt litteram waw (و) cum omnibus suffixis, excepto suffixo 1<sup>æ</sup> sing. Exemplum:

أَجِبُ (3) pater meus      أَجِبُكُمْ (1) pater noster  
 أَجِبُكَ (2) pater tuus      أَجِبُكُمْ (2) pater vester  
 أَجِبُكُمْ (1) pater tuus fœm.      أَجِبُكُمْ (1) pater vester fœm.  
 أَجِبُهُ (4) pater ejus      أَجِبُهُمْ (2) pater eorum  
 أَجِبُهَا (1) pater ejus fœm.      أَجِبُهُنَّ (2) pater earum

(1) Cum *zlama dura*.  
 (2) Cum *rwah<sup>h</sup>a*.  
 (3) Cum *zqafa*.  
 (4) *Jod<sup>h</sup>* pronuntiatur.

Et eodem modo adjunguntur suffixa nomini <sup>١</sup>مَلَا unde dicitur : <sup>١</sup>أَسْبَا , <sup>١</sup>أَسْفَا etc. Attamen nomini <sup>١</sup>مَلَا adjunguntur suffixa sequenti modo : <sup>١</sup>مَطْبَا , et <sup>١</sup>مَطْفَا , <sup>١</sup>مَطْبِي etc. cum prima radicali quiescenti. Ex quo vides ex tribus casibus nempe nominativo cum U , accusativo cum A , et genitivo cum I , quos quinque nomina habent penes Arabes prælegisse Syros primum i. e. nominativum ; Hebræi autem adoptarunt tertium i. e. genitivum , dicant enim : <sup>١</sup>أَسْبِي , <sup>١</sup>أَسْفِي etc.

231 — Cetera nomina et particulae quae suffixa accipiunt more nominum singularium , sequuntur exempla supra allata , si tamen habent penultimam mobilem , ex. gr. <sup>١</sup>كُؤْبَا (tempus) , <sup>١</sup>كُؤْبِي (tempus meum) , <sup>١</sup>كُؤْبِيْفَا (tempus vestrum) , etc. ; <sup>١</sup>مُؤْبَمَا (sanctus) , <sup>١</sup>مُؤْبِيْمِي (sanctus tuus) , <sup>١</sup>مُؤْبِيْمِيْفَا (sanctus vester) ; <sup>١</sup>كُؤْمَا (creator) , <sup>١</sup>كُؤْمِي (creator meus) , <sup>١</sup>كُؤْمِيْفَا , etc. ; <sup>١</sup>دُؤْمَا (consolatio) , <sup>١</sup>دُؤْمِي , <sup>١</sup>دُؤْمِيْفَا , etc. Eadem ratione suffixa accipiunt nomina quorum penultima littera est quiescens , antepenultima autem est mobilis , ex. gr. <sup>١</sup>قُؤْبِيْنَا (corpus) , <sup>١</sup>قُؤْبِيْنَا ; <sup>١</sup>قُؤْبِيْنَا ; <sup>١</sup>قُؤْبِيْنَا (somnia) , <sup>١</sup>قُؤْبِيْنَا ; <sup>١</sup>قُؤْبِيْنَا (sanctum) , <sup>١</sup>قُؤْبِيْنَا ; <sup>١</sup>قُؤْبِيْنَا (avis) , <sup>١</sup>قُؤْبِيْنَا ; <sup>١</sup>قُؤْبِيْنَا (1) (adeps) , <sup>١</sup>قُؤْبِيْنَا ; <sup>١</sup>قُؤْبِيْنَا (hiems) , <sup>١</sup>قُؤْبِيْنَا , etc. Attamen nomina trilittera quae cum zqafa , sequente

(1) Orientalibus est <sup>١</sup>قُؤْبِيْنَا cum zlama.

quiescenti, incipiunt, nec non et nomina quorum ultima littera est jod<sup>h</sup> post litteram quiescentem, regulas speciales sequuntur, quæ mox explicabuntur.

**232** — Nomina autem et particulae quæ aliter se habent, aliquam modificationem subeunt cum suffixis quorum littera præcedens debet esse quiescens (n. 229), i. e. cum jod<sup>h</sup>, **جَم**, **حَم**, **عَم** et **مَم** taatummodo, cum ceteris vero suffixis nullam modificationem patiuntur. Ea regulæ quibus regitur hæc modificatio nominum *taw* foemin. carentium, cum suffixis **ا** (1), **حَم**, **حَم**, **عَم** et **مَم**, quæ claritatis ergo lubet appellere suffixa *privilegiaria* :

1 — Quodvis nomen cujus prima sit mobilis per *zqa-* fam et secunda quiescens, quodque non habet jod<sup>h</sup> in fine assumit ad secundam litteram cum suffixis privilegiariis vocalem illam quam habet in *gdhama* (n. 167. 5), v. g. **وَسْمَلٌ** (*amicus*) fit **وَسْمَكٌ** (*amicus meus*), **وَسْمَلِيٌّ** (*amicus vester*) etc. Item **دُنْيَا** (*mundus*) fit **دُنْيَايَ** (*mundus meus.*) Sed dicitur quoque **دُنْيَايَ**, quamquam rarissime. Sunt tamen nomina quorum penultima non movetur; quæ sunt **سَمْلٌ** (*sigillum*), **فَدْلٌ** (*operarius*), **جُرْلٌ** (*gerulus.*) Inter nomina hæc, quorum scilicet penultima cum his suffixis non movetur, recensenda sunt nomina quorum ultima littera est hamza, ut

(1) Olatio pronominis jod<sup>h</sup> non habet locum ex omnibus dialectis Syrlacis nisi in hac dialecto quam litteralem vocamus. In ceteris enim dialectis pronuntiatur cum *h* *vassa* litteræ præcedentis. Et ideo pronomem jod<sup>h</sup> inter suffixa in dialecto Chaldaica, Samaritana et Mandalitica non computatur cum suffixis privilegiariis, sed cum ceteris. Attamen in dialecto vulgari Mærlulæ liberum est suppressere vocalem jod<sup>h</sup> vel eam pronuciare.

(osor), **ܘܫܠܐܢ**, l. *son* seu *san*. Nomen **ܐܘܪܐ** (*locus*)  
 movet penultimam per exceptionem, quamquam non  
 incipiat per *zqafam*, idque cum **ܘ** tantum, dicitur enim  
**ܐܘܪܐܘܪܐ**, sed **ܐܘܪܐܘܪܐ** etc.

2 - Nomina quæ ante ultimam habent duas litteras  
 quiescentes nec desinunt in *jod<sup>h</sup>*, movent litteram  
 penultimam per *pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am*, ex. gr. **ܘܫܘܠܘܬܐ** (*altare*),  
**ܘܫܘܠܘܬܐ**; **ܘܫܘܠܘܬܐ** (*templum*), **ܘܫܘܠܘܬܐ**;  
**ܘܫܘܠܘܬܐ** (*mutuo acceptus*), **ܘܫܘܠܘܬܐ**;  
**ܘܫܘܠܘܬܐ** (*indicatus*), **ܘܫܘܠܘܬܐ**;  
**ܘܫܘܠܘܬܐ** (*acceleratus*), **ܘܫܘܠܘܬܐ**. Eadem re-  
 gulam sequuntur nomina quæ habent formam **ܘܫܘܠܘܬܐ** (ubi  
 secunda littera est mobilis) ut **ܘܫܘܠܘܬܐ** (*honorabilis*),  
**ܘܫܘܠܘܬܐ**; **ܘܫܘܠܘܬܐ** (*immundus factus*), **ܘܫܘܠܘܬܐ**.  
 Eadem ratione se habent nomina e quibus littera radi-  
 calis cecidit, ut **ܘܫܘܠܘܬܐ** (*intellectus*) (pro **ܘܫܘܠܘܬܐ**),  
**ܘܫܘܠܘܬܐ** (*exitus*), **ܘܫܘܠܘܬܐ**; item ex **ܘܫܘܠܘܬܐ**  
 (*loquela*) dicitur **ܘܫܘܠܘܬܐ**, et ex **ܘܫܘܠܘܬܐ** (*taberna-  
 culum*) **ܘܫܘܠܘܬܐ** cum *pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a* in *lamad<sup>h</sup>*; at Ori-  
 entales dicunt **ܘܫܘܠܘܬܐ** et **ܘܫܘܠܘܬܐ** cum *pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a* ad  
 litteram quæ præcedit *lamad<sup>h</sup>*.

3 - Nomina bilittera a quiescenti incipientia,  
 accipiunt *zlamam* fortem cum suffixo *jod<sup>h</sup>*, et *zlamam*  
 lenem cum ceteris; ex. gr. **ܘܫܘܠܘܬܐ** (*filius*), **ܘܫܘܠܘܬܐ**;

دَمًا (sanguis), دَمًا, دَمًا. Eadem ratione se habent  
 particulæ bilitteræ, ex. gr. عَج ex, عَج, عَج.  
 Hanc regulam sequuntur etiam nomina bilittera quorum  
 prima littera habet zlamam lenem, ex. gr. كَب (cor),  
 كَب, كَب. Zlama autem fortis non mutatur, ex. gr.  
 كَب (puteus), كَب.

4 - Hactenus de nominibus quæ jod<sup>h</sup> finale non  
 habent. Nomina autem quæ in fine habent jod<sup>h</sup>, regu-  
 las proprias sequuntur: Si trillittera sunt, habentia  
 p<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am, zlamam aut 'maqam in prima littera, se-  
 quente quiescenti, jod<sup>h</sup> earum accipit h<sup>h</sup>vas<sup>h</sup>am cum om-  
 nibus suffixis privilegiariis, ex. gr. كَب (puer), كَب  
 (1. tali), كَب; كَب (meditatio), كَب (1. reni),  
 كَب; كَب (electus),  
 كَب; كَب (sitis), كَب; كَب; كَب. Idem valet  
 pro nominibus a zqafa incipientibus, ut كَب (medicus),  
 كَب; كَب (pastor), كَب. Verum Orientales cum  
 jod<sup>h</sup> pronomine elidunt etiam jod<sup>h</sup> nominis in pronun-  
 ciatione, dicunt enim كَب, كَب, كَب, 1. tal,  
 h<sup>h</sup>ad<sup>h</sup>, rû. (1) Excipitur nomen كَب (dominus),

(1) Rx quodam versu Jacobi Sarugensis, celeberrimi poetæ Jacobitarum  
 seculi VII patet Syros Occidentales pronuociasse unum jod<sup>h</sup> in كَب  
 puer meus et similibus quemadmodum hodie pronuociant; dicit enim in quodam  
 carmine كَب وَفَا كَب puer meus domi jacet, ubi metrum  
 requirit ut jod<sup>h</sup> in كَب pronuocletur.





1<sup>o</sup> sing. manet secunda littera quiescens, et cum reliquis suffixis secunda assumit pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am, v. g. <sup>ו</sup>דְּבָרָא (verbum), <sup>ו</sup>דְּבָרָא (verbum) etc. Uterque modus, nempe ut secunda maneat quiescens vel ut assumat pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am, licet in sequentibus nominibus <sup>ו</sup>כְּנִיָּא (1) (*ecclesia*), <sup>ו</sup>עֵגָא (2) (*egena*), <sup>ו</sup>נָרִיסָא (*navis*); et quando secunda quiescit, silet quoad prononciationem, unde dicitur indiscriminatim <sup>ו</sup>כְּנִיָּא et <sup>ו</sup>כְּנִיָּא; <sup>ו</sup>עֵגָא et <sup>ו</sup>עֵגָא etc.; primus tamen modus elegantior est.

3 - Cætera nomina quæ desinunt in taw feminini non subeunt ullam modificationem cum suffixis privilegiariis etiamsi littera quæ præcedit taw feminini sit et ipsa quiescens, v. g. <sup>ו</sup>חַוְוָא (virgo mea), <sup>ו</sup>עִיבָא (cibus meus), <sup>ו</sup>סוּצְיָא (socia mea); <sup>ו</sup>אֶפְטָא (habitus meus); <sup>ו</sup>דִּיבְלָא (vitula mea), <sup>ו</sup>חַרְכָּא (dimidium mei) attamen in hoc nomine dicitur quoque <sup>ו</sup>חַרְכָּא, <sup>ו</sup>חַרְכָּא (rete vestrum), <sup>ו</sup>מְבִיָּא (genitrix mea), <sup>ו</sup>אִמְיָא (amica mea), <sup>ו</sup>אִסְיָא (susprium meum), <sup>ו</sup>מְיָא (cognitio mea), <sup>ו</sup>אִסְיָא (fratria mea), <sup>ו</sup>עֵרְיָא (currus meus), <sup>ו</sup>אִסְיָא (ligamen meum).

236 - Hactenus de adjunctione suffixorum per modum numeri singularis. Quod attinet ad suffixa pluralium, ea debet semper præcedere littera jod<sup>h</sup> habens

(1) Cum zlama forti.

(2) Cum zlama forti et cum nun prononcianda apud Orientales.



ante se p<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am, (quæ quidem littera jod<sup>h</sup> oil aliud est uisi jod<sup>h</sup> quo pro zlamam hodierna terminabantur nomina in plurali cum dicebatur v. g. **أَبْنَا** pro **أَبْنَا** viri); excepto suffixo 3<sup>m</sup> pers. sing. masc. quod habet waw pro jod<sup>h</sup> et excepto suffixo 3<sup>m</sup> pers. f. cum quo jod<sup>h</sup> habet zlamam pro p<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a, i. e. solvitur diphtongus. Hujusmodi porro suffixa pluralium suffiguntur omoibus nominibus pluralibus desinutibus in zlamam sive ea sint masculina sive feminina, ex. gr. **أَبْنَا** (patres), **أُمَّنَا** (mulieres), **بُيُوتُنَا** (domus pl.), nec non omnibus nominibus habentibus pluralis terminationem in jod<sup>h</sup> habens zqafam præcedente p<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a; v. g. **رَبِّنَا** (domini), **أَسَدِنَا** (hædi), **سَنِنَا** (anni); quod est residuum formæ antiquæ pluralis de qua mox; denique suffiguatur nonnullis particulis, uti **لِنَا** (pro), **فَوْقَنَا** (super).

237 — Sequentia exempla exhibent modum flectendi suffixa cum hujusmodi nominibus et particulis.

I **أَبْنَا** LIBRI

<b>أَبْنَا</b> libri mei	<b>أَبْنَانَا</b> libri nostri
<b>أَبْنَانَا</b> » tui	<b>أَبْنَانَا</b> (1) » vestri
<b>أَبْنَانَا</b> » tui fem.	<b>أَبْنَانَا</b> » vestri fem.
<b>أَبْنَانَا</b> (2) » ejus	<b>أَبْنَانَا</b> (1) » eorum
<b>أَبْنَانَا</b> » ejus fem.	<b>أَبْنَانَا</b> » eorum

(1) Cum *rwah<sup>h</sup>a*.

(2) Cum *zqafa* ante *waw*.

## II מִלֵּי MULIERES

מִלֵּי	mulieres meæ	מִלֵּי	mulieres nostræ
מִלֵּי	» tuæ	מִלֵּי(1)	» vestræ
מִלֵּי	» tuæ fem.	מִלֵּי	» vestræ f.
מִלֵּי(2)	» ejus	מִלֵּי(1)	» eorum
מִלֵּי	» ejus f.	מִלֵּי	» earum

## III מִלֵּי ANNI

מִלֵּי	anni mei	מִלֵּי	anni nostri
מִלֵּי	» tui	מִלֵּי(1)	» vestri
מִלֵּי	» tui fœm.	מִלֵּי	» vestri fœm.
מִלֵּי(2)	» ejus	מִלֵּי(1)	» eorum
מִלֵּי	» ejus fœm.	מִלֵּי	» earum

## IV מִיָּמֵי ANTE

מִיָּמֵי	ante me	מִיָּמֵי	ante nos
מִיָּמֵי	ante te, etc.	מִיָּמֵי	ante vos, etc.

238 — Ex quibus sane exemplis vides: - (a) pronomen jod<sup>h</sup> 1<sup>a</sup> singularis quod suffigitur nominibus vel particulis modo pluralium, efferri (3), cum e contra

(1) Cum rwah<sup>h</sup>a

(2) Cum zqafa ante waw.

(3) Licet dicere jod<sup>h</sup> pronomen cum nominibus pluralibus etiam otiari tum

pronomen jod<sup>h</sup> suffixum modo singularium otatur; atque **حَدِّجْت** (*libri mei*) confundi v. g. cum **حَدِّجْت** (*libri sanctimonie*) tum pronunciatione tum scriptura; - (b) suffixum caf 2<sup>a</sup> personæ sing. masc. confundi quoad pronunciationem, minime vero quoad orthographiam, cum caf 2<sup>a</sup> pers. siug. fem.; fem. autem a masc. ejusdem personæ non distingui nisi littera jod<sup>h</sup> quæ notatur sed non effertur post caf pro feminino.

**239** — Monendum porro nomina omnia quibus adjunguntur suffixa modo pluralium assumere *siamē*, ex particulis vero tantummodo sequentia, i. e. **حَدِّجُو** (*præter*), **مِيَّوْ** (*circa*), **لَحِّم** (l) (*coram*), ex. gr. **تَلْكِيْمِي** (*præter te*), **مِيَّوْهَو** (*circa eum*). Nota autem nomen **بَهْجَا** (*beatitudines*) quando ei adjunguntur suffixa, non assumere *siamē*, v. gr. **بَهْجِي** (*beatus ego*), **بَهْجِي** (*beatus tu*), **بَهْجِيهَو** (*beati ipsi*). Item non assumunt *siamē* cum suffixis **حَسْبُو** seu **حَسْبُو** (*solus*), v. g. **حَسْبُوِي** (*solus ego*), **حَسْبُوِي** (*solus ipse*). Similiter **اَسْتَهَو**, **اَسْتَهَو** (*est*),

pronunciatione tum scriptura; etenim jod<sup>h</sup> quod est ex. gr. in **حَدِّجْت** libri mei est jod<sup>h</sup> pluralitatis quod apparet cum omnibus suffixis excepto 3<sup>a</sup> personæ singularis masc. Igitur **حَدِّجْت** est pro **حَدِّجِي** cum duobus jod<sup>h</sup> quorum secunda elisa est tum pronunciatione tum orthographia, sicut eliditur in **حَدِّجِي** pronunciatione tantum.

(1) Cum ziama fertil.





insolitam vel peregrinam quæ suffixa non patitur, ex.  
 gr.  $\text{ܩܘܕܝܒܐܘܢܐ}$  (1) (*pactum nostrum*),  $\text{ܩܘܕܝܒܐܘܢܐ}$   
 (*error ejus*),  $\text{ܩܘܕܝܒܐܘܢܐ}$  (*vipera tua fem.*),  
 $\text{ܩܘܕܝܒܐܘܢܐ}$  (*testamenta eorum*). Notandus  
 tamen est locus apud Lucam I, 72 versionis Syriacæ  
 quæ dicitur  $\text{ܩܘܕܝܒܐܘܢܐ}$ , i. e.  $\text{ܩܘܕܝܒܐܘܢܐ}$  (*fœdera ejus*),  
 in quo interpres Syrus aomen pl. Gr.  $\text{ܩܘܕܝܒܐܘܢܐ}$  (*fœ-*  
*dera*) ut Syriacum consideravit, illique, quasi esset  
 $\text{ܩܘܕܝܒܐܘܢܐ}$  a sing.  $\text{ܩܘܕܝܒܐܘܢܐ}$ , pronomen nominum plura-  
 lium suffixit; quod siagularissimam est.

Hactenus de suffixis nominaum et particularum.  
 In lib. de verbo videbimus quomodo pronomina perso-  
 nalia suffigenda sint verbis.

---

### CAPUT III

#### DE PRONOMINE DEMONSTRATIVO, RELATIVO ET INTERROGATIVO ET CRITERIS PRONOMINIBUS

##### I - DE PRONOMINE DEMONSTRATIVO

**243** - Demonstrativum Syriacum simile est Ara-  
 bico. Scilicet demonstrativum est in origine apud Syros:  
 $\text{ܐܢܝܢܐ}$  loco  $\text{ܐܢܝܢܐ}$  (ذا) pro sing. masc. (*hic*),  $\text{ܐܢܝܢܐ}$  (ذې) pro sing.  
 fem. (*haec*)  $\text{ܐܢܝܢܐ}$  cum vocali brevi ad  $\text{ܐܢܝܢܐ}$  (أولاً) pro plurali

---

(1) Orientales efferunt taw cum zlama.

communi (*hi* et *hæ*). Unde liquet demonstrativum, præter leve discrimen, fuisse initio unum idemque Syris ac Arabibus. Syri tamen nunquam hoc pronomine demonstrativo sine ulla particula ei præfixa utuntur, sed semper illi adjungunt particulam nutus (أَ), dicentes هَـأَ loco هَـ (هذا) (*hic*), هَـأَ (هَـأَ) (*hæc*), هَـأَ pro هَـأَ (*hi hæ*) (1).

244 – Demonstrativum remotum est هَـ (ille), هَـ (illa), هَـ (illi), هَـ (ille), cum puncto magno super هَـ in omnibus ut distinguatur a pronomibus personalibus separatis quæ habent punctum infernum sub هَـ. Demonstrativum hoc remotum constat ex هَـ ecce et ex pronomibus personalibus separatis, 3<sup>æ</sup> pers<sup>æ</sup>: sic هَـ (2) est pro هَـ (هَـ); هَـ est pro هَـ (هَـ); هَـ pro هَـ (هَـ); tandem هَـ est pro هَـ (هَـ). Jam vero antea (n. 10) monuimus litteram هَـ apud Syros elidi in pronuntiatione, quoties occurrit initio vocis coalescentis cum voce præcedente in pronuntiatione, et proinde pro هَـ (هَـ) dicendum est هَـ quod euphoniæ causa conversum fuit in هَـ, et sic de cæteris.

(1) Syri non addunt in fine demonstrativi cas (suffixum 3<sup>æ</sup> pers.) uti solent Arabes qui dicunt: ذاك، ذاك، ذاك etc. Attamen Syri Babylonenses suffixum cas habebant suis demonstrativis, v. g. ذاك (ille)، ذاك

(illa)، ذاك (illa).

(2) Apud Orientales, uti regula exigit, cum zaqa ad هَـ, et proinde erronee offerunt Occidentales cum pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a.

245 — Sciendum insuper demonstrativum ܘܘܐܝܢܐ interdum contrahi in ܘܘܐܝܢܐ, si tamen praecedit, minime vero si sequitur nomen demonstratum, ex. gr. ܘܘܐܝܢܐ ܘܘܐܝܢܐ (hic vir). Praeterea quoties post ܘܘܐܝܢܐ occurrit pronomem personale ܘܘܐܝܢܐ, et post ܘܘܐܝܢܐ pron. pers. ܘܘܐܝܢܐ, tunc in primo casu mutat nun suam zqafam in pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am, in secundo mutat dalat<sup>h</sup> suam rwas<sup>s</sup>am in zqafam, et praeterea in utroque supprimitur ܘܘܐܝܢܐ pronominis personalis, v. g. pro ܘܘܐܝܢܐ ܘܘܐܝܢܐ dicitur ܘܘܐܝܢܐ (hic est), et pro ܘܘܐܝܢܐ ܘܘܐܝܢܐ dicitur ܘܘܐܝܢܐ (1) (haec est).

## II — DE PRONOMINE RELATIVO

246 — Syri pro relativo adhibent particulam, quam praemittunt correlativo sequenti, quaeque invariabilis est, v. g. ܘܘܐܝܢܐ ܘܘܐܝܢܐ (2) ܘܘܐܝܢܐ (gloria Jesu qui salvos nos fecit), ܘܘܐܝܢܐ ܘܘܐܝܢܐ (benedicta Maria quae te genuit), ܘܘܐܝܢܐ ܘܘܐܝܢܐ (voca viros qui sunt illic).

247 — Quandoque relativo, praemittuntur demonstrativa remota, v. gr. ܘܘܐܝܢܐ ܘܘܐܝܢܐ (ubi est vir de quo dixisti?); vel praemittuntur pronomina interrogativa de quibus infra, quae sunt ܘܘܐܝܢܐ,

(1) Orientales dant pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am litterae dalat<sup>h</sup> (n. 219).

(2) Orientales habent h<sup>h</sup>was<sup>s</sup>am ad jod<sup>h</sup> et rva<sup>h</sup>am ad waw.



مَنْ كَيْفَ جَاءَ امْنًا؟ اِلَا خَلِيْبٍ, اِمْنًا, اِمْنًا  
 (honora virum qui venit ad te), etc. Nota hujusmodi pro-  
 nomina امْنًا, اِمْنًا, اِمْنًا censeri ut *relativa* quoties  
 occurrit post ea relativum ?, secus ea considerari uti  
*interrogativa*.

## III - DE PRONOMINIBUS INTERROGATIVIS ET CETERIS

248 - Ex demonstrativis لُ, لُو, اَلْحَمُّ et ex  
 relativo اَيُّ (اي) quod apud Syros nunquam solum adhi-  
 betur, coalescunt pronomina interrogativa, scilicet ex  
 اَيُّ et لُ resultat امْنًا (quisnam?) ex اَيُّ et لُو oritur امْنًا  
 (quænam?) per conversionem zlamæ in zqafam, denique  
 ex اَيُّ et اَلْحَمُّ formatur اَلْحَمُّ (quinam, quænam?).  
 Porro امْنًا cum pron. separato هُو contrahitur in امْنًا  
 (n. 10) v. g. امْنًا هُو (quiesnam est filius tuus?).  
 Cum امْنًا autem dicitur امْنًا هُو cum sola elisione he;  
 pl. اَلْحَمُّ, اَلْحَمُّ, اَلْحَمُّ.

249<sup>1</sup> - Inter pronomina interrogativa recensentur  
 مَنْ (quis?) quod est commune genere et numero per-  
 sonis rationalibus, et مَا (quod etc.) pro rebus. Quæ  
 tamen fiunt *relativa* si habeant post se ? v. g.  
 مَنْ لَا يُحِبُّ دِيْمًا (qui non diligit Deum  
 anathema sit), لَا يُؤْمِنُ دِيْمًا وَلَا يُعْطِيْكَ اِنِّ (noli cre-  
 dere omne quod audis). Secus i. e. si non sequitur ?,



# LIBER V

## DE VERBO



### CAPUT I

DE CONJUGATIONE VERBI IN GENERE ET DE VERBO SANO

I — DE VARIIS VERBORUM SPECIEBUS, NEC NON DE FORMIS  
VEREORUM, ET DE TYPIS SEU FORMIS  
VERBI *trilitteri nudi*

250 — Syri grammatici post Græcos verbum  
مَدَّيَا vocant. Porro verbum, respectu habito ad nume-  
rum litterarum radicalium quibus constat, vel est *trilit-*  
*terum* ut مَدَّيَا (*occidit*), vel *quadrilitterum* ut مَدَّيَا (inter-  
pretatus est); et rursus tum trilitterum tum quadrilitterum  
vel sunt talia simpliciter, seu *nuda* ut sunt exempla al-  
lata, vel sunt *aucta* una vel pluribus litteris additis ad  
litteras radicales, v. g. مَدَّيَا (*occisus est*) مَدَّيَا  
(translatus fuit in aliam linguam). (1)

(1) Ne quis putet istam proprietatem verborum, nimirum quod numerus litterarum radicalium verbi non excedat quatuor, ne quis putet, inquam, istam proprietatem pertinere *exclusive* ad linguas Semiticas, i. e. Arabicam, Syriacam, Hebraicam, etc; nam id commune est omnibus mundi linguis, imo in linguis Græca et Latina tam celeberrimis non nisi perraro occurrunt verba quæ constant plusquam tribus radicalibus consonis, abstractione facta a vocalibus inter consonas interpositis quæ respondent motionibus in linguis Semiticis, ideoque, ut hæc, et hæc non computantur inter radicales. Imo in his duabus linguis verba trillittera ipsa

251 - Modi seu tempora verborum apud Syros tria tantum numerantur, nimirum *præteritum*  $\text{أَجِنَّا} \text{ وَحَجِنَّا}$  *aoristus* ( $\text{أَجِنَّا} \text{ وَحَجِنَّا}$ ), tandem *imperativus* ( $\text{فَمَهْو}$ ). (1)

Derivata a verbis sunt: *infinitivus* ( $\text{أَنْجِنَا} \text{ وَحَجِنَا}$ ), *participium agens seu activum* ( $\text{كَجَمُو}$ ), *participium*

sunt rara; potiora sunt bilittera. Solum discrimen quod inter linguas Semiticas et cæteras linguas quantum ad verba intercedit, in hoc consistit, quod nempe verba Semitica in dispositione suarum radicalium litterarumque servitium atque ulrorum molitione vel quiescentia sequuntur certam legem stabilem qua possunt in classes distribui; verba autem cæterarum linguarum non posse hoc sub aspectu reduci ad fixam quamdam normam. Fere idem de nominibus dicendum est. Multa commenta in Europa a recentioribus philologiæ studiosis inventa sunt circa hanc proprietatem linguarum Semiticarum, quorum intolerabilis est quod omnes radices fuerint origine bilittera; intolerabilissimum autem quod omnes mundi linguæ habuerint omnia vocabula origine monosyllaba ad instar linguæ Sincensis!!! Sed tales sapientes interrogamus: Si talis est res ut asseritis, dicite si potestis quo fato evenit ut omnes mundi gentes monosyllabismum reliquerint juxta vos, ad exceplionem populi Sincensis quem vos non negatis esse antiquissimam? Et si, ut alii asserunt, linguæ Semiticæ sicut cæteræ mundi linguæ primum e monosyllabismo transierunt ad agglutinationis (ut ajunt) systema quod adhuc viget in linguis diæctis Turanianis ex quibus est lingua Tureica, dicant hujusmodi commentum auctores si possunt: Quando nam tandem aliquando hæc linguæ Turanicæ a systemate agglutinationis in quo per tot ac tot secula persistunt, cum jam cæteræ linguæ juxta eos tam iugentem gressum fecerint ad systema quod dicitur flexionis, hunc eundem transitum facient?

(1) Mirandum prorsus est obsolevisse omnino in duabus dialectis Syriacis, illa nempe Assyriæ, et altera Turabdinæ, tum præteritum tum aoristum, quamvis in hisdem adhuc viget imperativus, qui ab incolis præfatarum regionum adhibetur prorsus eadem ratione qua in lingua litterali imperativus formatur ab aoristo. Utraque dialectus pro præterito adhibet participium passivum cum pronominis

personali per circumlocutionem infra explicandam v. g.  $\text{مَهْوَج}$  (occidi), pro  $\text{مَهْو}$ ; et pro aoristo adhibet participium activum, v. g.  $\text{أَجِنَّا}$  (it) pro

$\text{أَجِنَّا}$ . In dialecto vero Syriaca propria incolis Mæchalæ prope Damascum habetur cum imperativo aoristus et præteritus prorsus ut in lingua litterali.

pativus seu *passivum* (مَمْعُولٌ). Hæc præcipua.

**252** – Inspecta qualitate litterarum radicalium, verba alia sunt sana, et ea sunt quæ non habent inter suas radicales neque litteram infirmam, neque hamzam, neque litteram nun pro prima radicali, neque litteram geminatam, v. g. مَاتَ (occidit), لَزِمَ (interpretatus est); alia sunt hamzata, i. e. habentia hamzam pro 1<sup>a</sup> radicali, ut أَمِنَ (manducavit), vel pro 2<sup>a</sup>, ut حَمَلَ (petiit), vel pro 3<sup>a</sup>, ut بَطَلَ (immundus fuit); alia sunt verba nunata, i. e. habentia nun pro 1<sup>a</sup> radicali, ut بَوَّأَ (exiit); alia sunt geminata, seu habentia unam eandemque litteram pro 2<sup>a</sup> et 3<sup>a</sup> radicalibus ut جَرَّ (predatus est) pro جَرَّ; alia denique sunt infirma, habentia unam ex litteris infirmis quæ sunt: ل, ه, م, sive pro 1<sup>a</sup> radicali ut مَنَبَأٌ (hæres fuit), sive pro 2<sup>a</sup> ut نَمَرَ (dormitavit) pro نَمَرَ, sive denique pro 3<sup>a</sup> ut مَنَعَبٌ (fretuit), مَنَعَبٌ (vocavit).

**253** – Quibus prænotatis, sciendum est singulas enumeratas classes verborum habere posse vel unam formam, seu, ut ajunt Syri grammatici, *typum* كَيْفِيَّةٌ vel كَيْفِيَّةٌ, vel plures; qui quidem typi ab invicem differunt juxta variam dispositiōnem consonantium et vocalium simul. Cum itaque hic nobis agendum sit de formis seu typis verborum, necesse omnino est, ut, more grammaticorum Arabum et Hebræorum, omnia verba ad normam generalem كَيْفِيَّةٌ (فِعْلِيَّةٌ) exigamus, unde in quolibet verbo

primam radicalem dicimus *pe* (פ), secundam *'ain* (ע), tertiam *lamad*<sup>h</sup> (ל).

**254** - Ut a verbo sauo incipiamus, verbum sanum trilitterum nudum habet sex formas scilicet :

- 1 - *فَعَلَّ*, *فَعَلَّ* (فَعَلَّ, فَعَلَّ) cum *a* in praeterito et *u* in aoristo ad 2<sup>m</sup> radicalem, ut *فَعَلَّ*, *فَعَلَّ*.
- 2 - *فَعَلَّ*, *فَعَلَّ* (فَعَلَّ, فَعَلَّ) cum *a* in praet., et *i* in aor., ex. gr. *فَعَلَّ*, *فَعَلَّ*.
- 3 - *فَعَلَّ*, *فَعَلَّ* (فَعَلَّ, فَعَلَّ) cum *a* simul in praet. et aor., ex. gr. *فَعَلَّ*, *فَعَلَّ*.
- 4 - *فَعَلَّ*, *فَعَلَّ* (فَعَلَّ, فَعَلَّ) cum *e* in praet. et *a* in aor., ex. gr. *فَعَلَّ*, *فَعَلَّ*.
- 5 - *فَعَلَّ*, *فَعَلَّ* (فَعَلَّ, فَعَلَّ) cum *e* in praet. et *u* in aor., ex. gr. *فَعَلَّ*, *فَعَلَّ*.
- 6 - *فَعَلَّ*, *فَعَلَّ* (فَعَلَّ, فَعَلَّ) cum *u* simul in praet. et aorist., ex. gr. *فَعَلَّ*, *فَعَلَّ*.

Unde vides formam Arabicam *فَعَلَّ* (*horruit*) deesse apud Syros et e contra formam Syrorum, *فَعَلَّ*, *فَعَلَّ* deesse apud Arabes.

**255** - Omne verbum cujus tertia radicalis est littera gutturalis vel *resh*<sup>h</sup>, tunc nequit habere *zlamam* in 2<sup>a</sup> radicali sive in praeterito sive in aoristo, et proinde 2<sup>a</sup> radicalis verbi in isto casu debet habere vel *pt<sup>h</sup>ah<sup>b</sup>am* vel *'sasam*. Cf. n. 118. Nihilominus 3<sup>us</sup> typus seu forma

ex istis formis verborum audorum non exposcit, veluti in lingua Arabica, ut vel 2<sup>a</sup> radic. verbi vel 3<sup>a</sup> sit ex litteris gutturalibus, plura eam hujus typi verba apud Syros occurrunt quia habeant litteram gutturalem neque res<sup>h</sup> inter suas radicales. Nota tandem ex sex his formis seu typis frequentiores in usu esse primam et tertiam, deinde quartam, tum secundam, et miuus frequentes quintam, denique sextam.

**256** - Placet hic ia tironum gratiam plurima verba singularum formarum exhibere:

VERBA I TYPI HABENTIA IN PRÆT. PT<sup>h</sup>ABAM  
ET IN AORISTO RWAH<sup>h</sup>AM

دَخِرَ (detexit)	كَلَمَ privavit
دَخَرَ perforavit	كَلَفَ sculpsit
تَمَنَّى examinauit, scrutatus est	كَلَفَ consumpsit
كَلَمَ clausit	كَلَفَ furatus est
كَلَمَ contempsit	كَلَفَ increpuit
دَخِرَ immiantum est, defecit	كَلَفَ scabit
دَخِرَ procubuit	كَلَفَ rasil
كَلَمَ fluxit, formavit	كَلَفَ mactavit
كَلَمَ nexit	كَلَفَ rejecit
كَلَمَ cecidit	كَلَفَ calcavit
كَلَمَ minatus est	كَلَفَ pupugit
كَلَمَ circumcidit	كَلَفَ destruxit, evertit
	كَلَفَ mussitavit, medita-

	tus est	سَامَر	obsignavit, ad finem perduxit
وَوَلَّيْ	mente cogitavit	وَجَّ	impressit
وَجَّ	rediit, reversus est	وَلَمَر	oppressit
وَلَمَر	increpuit	وَلَمَر	abscondit
وَلَمَر	crucifixit	وَلَمَر	expulit
وَلَمَر	texuit	وَلَمَر	invasit
وَلَمَر	pressit	وَلَمَر	collegit
وَلَمَر	seminavit	وَلَمَر	negavit
وَلَمَر	sparsit, dissipavit	وَلَمَر	scripsit
وَلَمَر	includit	وَلَمَر	apprehendit
وَلَمَر	pressit	وَلَمَر	liavit
وَلَمَر	circumdedit, ambivit	وَلَمَر	acuit
وَلَمَر	profectus est	وَلَمَر	miscuit
وَلَمَر	rapuit	وَلَمَر	desponsavit
وَلَمَر	miscuit	وَلَمَر	rebellavit
وَلَمَر	congregavit, congesit	وَلَمَر	tersit
وَلَمَر	suffocavit	وَلَمَر	unxit
وَلَمَر	cohibuit	وَلَمَر	extendit
وَلَمَر	trucidavit, occidit	وَلَمَر	suxit
وَلَمَر	numeravit, computavit	وَلَمَر	portavit, bajulavit
وَلَمَر	conflavit, fudit	وَلَمَر	



صَبَّرَ disposuit, ordinavit	قَضَى salvavit
سَمَّى prostravit	فَرَّقَ separavit
سَمَّطَ sustentavit	فَتَحَ extendit
سَدَّ clausit	رَجَعَ tinxit
سَكَنَ egit; visitavit	رَكَدَ crucifixit
سَلَّطَ blateravit	مَدَّ fixit
سَمَّرَ destruxit	مَدَّنَ sepelivit
سَمَّى culpavit	مَيَّسَرَ anteivit
سَدَّ nevit	مَلَأَ occidit
سَمَّى rediit; indutus est	مَلَأَ decerpit
سَلَّطَ injuria affect	مَلَأَ nodavit
سَمَّرَ expressit	مَوَّلَا detraxit
سَمَّنَ eradica vit	مَنَمَرَ incrustavit
سَمَّنَ fidei jussor fuit	مَنَمَرَ tumultuatus est, sen- sit
سَمَّنَ fugit	زَوَّجَ persecutus est
فَلَّأَ divisit	زَكَرَ annuit
فَلَّأَ coluit, operatus est	زَفَّ saltavit
فَضَمَّ abscidit	زَمَّرَ signavit
فَضَمَّ jussit	مَدَّفَ reliquit
فَضَمَّ extendit	مَدَّبَ turbavit
فَضَمَّ retribuit	

ܘܣܦ	comminuit, contrivit	ܘܘܠܐ	tulit
ܘܡܣܝܢ	misit	ܘܐܦܩܝܘܢ	fregit
ܘܡܩܘܠܘܢ	evaginavit	ܘܐܦܩܘܢ	reprehendit
		ܘܠܘܢ	fissuram facere

NOTA - Impossibile fere est omnia omuino verba quæ hanc primum typum sequuntur, recensere. Satis est notare omnia verba quæ in elenchis sequentibus ceterorum typerum non inveniuntur, posse tuto ad hanc 1<sup>m</sup> typum referri.

VERBA 2<sup>i</sup> TYPI QUÆ HABENT IN PRÆT. P<sup>h</sup>AM, ET IN AOR. ZLAMAM

ܘܐܦܩܝܘܢ	emit	ܘܐܦܩܘܢ	fecit
---------	------	--------	-------

Præter hæc duo verba nullum aliud exemplum extat hujus typi ex verbis sanis.

VERBA 3<sup>i</sup> TYPI HABENTIA SUPER P<sup>h</sup>AM IN PRÆTERITO SIMUL BT IN AORISTO

ܘܕܠܘܢ	voravit, sorbuit	ܘܘܦܝܢ	memoravit
ܘܦܠܘܢ	germinavit	ܘܘܦܘܟܘܢ	stillavit ( <i>domus</i> )
ܘܕܠܘܢ	invasit	ܘܘܦܘܟܘܢ	arsit
ܘܕܠܘܢ	penetravit	ܘܘܦܘܟܘܢ	exortus est
ܘܘܦܘܟܘܢ	accidit	ܘܘܦܘܟܘܢ	splenduit
ܘܘܦܘܟܘܢ	caligavit (oculus)	ܘܘܦܘܟܘܢ	cecinit
ܘܘܦܘܟܘܢ	horruit	ܘܘܦܘܟܘܢ	clamavit
ܘܘܦܘܟܘܢ	mactavit	ܘܘܦܘܟܘܢ	consociavit
ܘܘܦܘܟܘܢ	duxit	ܘܘܦܘܟܘܢ	claudus fuit

مِيطَ circumivit	مِيطَ similis factus est
مِيطَ albuit	مِيطَ irruit
مِيطَ sapuit	مِيطَ saturatus est
مِيطَ somniavit	مِيطَ putavit
مِيطَ apostatavit	مِيطَ rubuit
مِيطَ prævaluit	مِيطَ suffecit
مِيطَ defecit	مِيطَ transiit, pertransiit
مِيطَ immersus fuit	مِيطَ meminit
مِيطَ confugit	مِيطَ congruit
مِيطَ lapsus est	مِيطَ fumavit
مِيطَ puduit eum	مِيطَ immersus est
مِيطَ crevit, auctus est	مِيطَ laboravit
مِيطَ verecundus fuit	مِيطَ habitavit
مِيطَ caligavit	مِيطَ mortuus est
مِيطَ evulsit	مِيطَ occidit (sol)
مِيطَ rebellavit	مِيطَ contigit, accidit
مِيطَ elucuit	مِيطَ dives fuit
مِيطَ abstinuit	مِيطَ occurrit
مِيطَ celebris factus est	مِيطَ discessit, abiit
مِيطَ manifestus factus est	مِيطَ insipidus factus est
	مِيطَ saliit

﴿ قُفַ ۱ scissus est	﴿ ۱ ۱ fluxit
﴿ قُفַ ۱ rabiosus factus est	﴿ ۱ ۱ laxavit
﴿ قُفַ ۱ volavit	﴿ ۱ ۱ vigilavit
﴿ قُفַ ۱ aperuit	﴿ ۱ ۱ pullulavit
﴿ ۱ ۱ hinnivit	﴿ ۱ ۱ saliit
﴿ ۱ ۱ splenduit	﴿ ۱ ۱ audivit
﴿ ۱ ۱ saltavit	﴿ ۱ ۱ declinavit
﴿ ۱ ۱ abscidit; viribus defectus fuit	﴿ ۱ ۱ placuit
﴿ ۱ ۱ veritus est	﴿ ۱ ۱ ultus est
﴿ ۱ ۱ procubuit	﴿ ۱ ۱ fregit
﴿ ۱ ۱ gavisus est	﴿ ۱ ۱ obstupuit
	﴿ ۱ ۱ stupuit
	﴿ ۱ ۱ miratus est

VERBA 4<sup>l</sup> TYP1, HADENTIA ZLAMAM IN PRÆTERITO  
ET PT<sup>hah</sup>AM IN AORISTO

﴿ ۱ ۱ quievit	﴿ ۱ ۱ se inclinavit, sese incurvavit
﴿ ۱ ۱ pudit eum	﴿ ۱ ۱ risit
﴿ ۱ ۱ raptavit	﴿ ۱ ۱ leprosus factus est
﴿ ۱ ۱ vacavit, cessavit	﴿ ۱ ۱ comminutus est, detritus est
﴿ ۱ ۱ concepit (femina)	﴿ ۱ ۱ adhæsit
﴿ ۱ ۱ placuit, jucundus fuit	

وَمَلَا	timuit	وَقَدَّ	equitavit, insedit
وَوَطِرَ	dormivit	سَعَفَ	ruber factus est
وَوَجِرَ	extinctus fuit	هَنْبَرَ	adbæsit
وَوَجِدَ	sudavit	حَدَلَا	difficilis fuit
مَنْجَدَ	vastatus est	فَتَمَّ	fortis fuit, prævaluit
مَنْمَ	obmutuit	حَدَمَ	iuveteravit
مَنْمَرَ	tenebrosus factus est	فَلَكَّ	quod juris est tribuit
مَنْمَسَ	moluit	رَوَّجَرَ	indiguit
مَنْمَفَ	præteriit	رَوَّجَفَ	palpitavit
مَنْمَوَّ	immundus factus est	مَنْمَبَى	procidit
مَنْمَلَمَ	gustavit	مَنْمَلَا	iratus est
مَنْمَلَمَ	tulit, portavit	مَنْمَوَّ	cucurrit
مَنْمَفَمَ	induit	مَنْمَسَمَ	dilexit
مَنْمَسَمَ	erubuit	مَنْمَوَّ	(1) murmuravit
مَنْمَفَمَ	insidias instruxit	مَنْمَوَّ	inclinatus est
مَنْمَفَمَ	esuriit	مَنْمَلَا	tremuit
مَنْمَلَمَ	induit	مَنْمَلَمَ	intonuit
مَنْمَلَمَ	aptus fuit	مَنْمَسَمَ	calefactus est
مَنْمَلَمَ	manducavit	مَنْمَوَّ	accubuit, dormivit
مَنْمَلَمَ	barbare locutus est	مَنْمَفَمَ	habitavit
مَنْمَوَّ	testatus est	مَنْمَوَّ	quievit, conticuit

(1) Apud Orientales cum pihahba.

חִלְמָא	perfectus est	לִאגִּי	laeguit
חִפְּמָא	pioguis fuit	לִדְבִי	sollicitus fuit
חִזְבִּי	superfuit	לִמְּ	firmatus est
		לִמְּוִי	invaluit

VERBA 5<sup>i</sup> TYPI HABENTIA NEMPE ZLAMAM IN PRÆTER.  
ET BWAH<sup>h</sup>AM IN AOR.

חִיבִּי	adoravit	חִנְדִּי	adpropinquavit, accessit
		חִיפִּי	conticuit.

Hæc tria tantum verba pertinent ad hunc typum ex  
verbis sanis.

VERGUM UNICUM 6<sup>i</sup> TYPI NEMPE CUM BWAH<sup>h</sup>A IN  
PRÆT. ET AOR.

חִיבִּי	horruit ut pili metu erigatur
---------	-------------------------------

**257** — Nonnulla verba pro diversitate formæ  
habeat diversos duos vel plures sensus, v. g. :

- 1 חִנְדִּי , חִנְדִּי ( spondit , fidei jussor fuit , vel  
etiam cribravit )
- 2 חִנְדִּי , חִנְדִּי ( occidit sol )
- 3 חִנְדִּי , חִנְדִּי ( impressit )
- 4 חִנְדִּי , חִנְדִּי ( immersus est )
- 5 חִנְדִּי , חִנְדִּי ( misit )
- 6 חִנְדִּי , חִנְדִּי ( exiit )
- 7 חִנְדִּי , חִנְדִּי ( coluit Deum , serviit )
- 8 חִנְדִּי , חִנְדִּי ( coluit terram , laboravit )

- 5  $\text{سَمِعَ}$   $\text{سَمِعَ}$  (invidit)  
 $\text{سَمِعَ}$   $\text{سَمِعَ}$  (æmulatus est)  
 9  $\text{سَمِعَ}$   $\text{سَمِعَ}$  (occidit, trucidavit)  
 $\text{سَمِعَ}$   $\text{سَمِعَ}$  (vastatus est)  
 7  $\text{فَلَا}$   $\text{فَلَا}$  (quod justum est reddidit)  
 $\text{فَلَا}$   $\text{فَلَا}$  (divisit)

Hiscæ adde  $\text{حَنَرَ}$  apud solos Occidentales, siquidem apud ipsos  $\text{حَنَرَ}$ ,  $\text{حَنَرَ}$  significat genuflectere adorando, et  $\text{حَنَرَ}$ ,  $\text{حَنَرَ}$  procidere, procumbere; sed Orientales in utroque casu dicunt  $\text{حَنَرَ}$  cum pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a.

II - DE FORMIS TRILITTERORUM auctorum,  
 NEC NON QUADRILITTERORUM

258 — Apud Syros uti apud Arabes litteræ radicales verbi augentur aliis litteris superadditis; seu aliis verbis, nonnullæ litteræ extraneæ superveniunt radicalibus verbi, unde oriuntur variæ formæ verborum auctorum juxta varias litteras superadditas, i. e. juxta incrementum varium quod suscipiunt formæ.

Trilitterum ergo verbum auctum habet novem formas seu typos:

- 1  $\text{فَعَل}$  (فَعَلًا), v. g.  $\text{مَهَلًا}$
- 2  $\text{أَفْعَل}$  (أَفْعَلًا), v. g.  $\text{أَحْمَلًا}$
- 3  $\text{سَمِعَ}$  vel  $\text{سَمِعَل}$  ( $\text{مَسْمُوعًا}$  vel  $\text{مَسْمُوعَلًا}$ ), v. g.  $\text{مَسْمُوعَلًا}$   
 $\text{مَسْمُوعَلًا}$

- 4  $\text{سكككم}$ , v. g. (فككك) أفككعل
- 5  $\text{إيامه}$  passiva فعل v. g. (إيامه) أفككعل
- 6  $\text{إيامه}$  passiva فعل v. g. (إيامه) أفككعل
- 7  $\text{أصنصب}$  passiva فعل v. g. (أصنصب) أفككعل
- 8  $\text{سفنعل}$  (أصنصب, أصنصب) استنعل, أستنعل  
vel  $\text{أصنصب}$  صنعل v. g. (أصنصب) أفككعل
- 9  $\text{إسكككم}$  passiva فعل v. g. (إسكككم) أفككعل

**259** - Itaque prima ex novem istis formis verborum auctorum ortum ducit a forma nuda per geminationem 2<sup>m</sup> radicalis apud Syros Orientales, uti apud Hebræos et Arabes, et apud Syros Occidentales (qui geminationem ignorant) per productionem vocalis primæ radicalis.

Secunda forma aucta oritur a nuda addita alaf seu hamza initio radicis.

Tertia forma aucta provenit a nuda cui præfigitur in principio vel  $\text{ه}$  vel adhuc frequentius  $\text{ح}$ .

Quarta forma fit per repetitionem 2<sup>m</sup> et 3<sup>m</sup> radicalium in fine radicis, quæ quidem forma rara est (1).

Reliquæ formæ auctæ deducuntur a nudis præfixa

(1) Lingua Hebraica proximius accedit ad Arabicam quam Syriaca quoad formas verborum. Siquidem Hebræi habent formas  $\text{פיתל}$  (pittel),  $\text{חיתל}$  (hitil),  $\text{נפתל}$  (nifal),  $\text{פפתל}$  (puffal passiva pittal),  $\text{חפתל}$  (hofal passiva hitil), et  $\text{חפתל}$  (hitpattal). Attamen in hac lingua desunt formæ  $\text{אפתל}$  et  $\text{אסתפל}$  quæ adsunt pones Arabes et Syros, idem desunt  $\text{فأفعل}$ ,  $\text{فأفعل}$ ,  $\text{فأفعل}$ ,  $\text{فأفعل}$  et  $\text{فأفعل}$  quæ proprie sunt solius lingue Arabicæ.



initio littera *taw*, ad exprimendam significatiōem intransitivam, tum a Syris tum ab Arabibus (Syri vero etiam pro passivis eas adbibent) hoc tamen discrimine, quod Arabes collocant litteram hanc *taw* non initio ante primam radicalem, sed iater primam et secundam radicalem, in duabus formis quæ sunt *افعل* quæ est auctum formæ nudæ *فعل*, ut *انقرب* pro *اقرب*, (1) et *انفعل* pro *فعل* quæ respondet formæ *فعل* quæ excidit apud Arabes et remansit apud solos Syros. Præterea Arabes non habent formam intransitivam cum *taw* præfixo quam habent Syri, respondentem formæ *افعل*. In reliquis formis auctis per incrementum *taw* initialis, retinent Arabes hoc *taw* in initio i. e. suo pristino loco. Hæc Arabes; Syri autem anteponunt regula universali hoc *taw* primæ litteræ radicali, nec illud huic postponunt nisi ad evitandum stridorem uti videbimus. Et quia hoc *taw* præfixendum initio quiescit semper apud Syros præ Arabibus, hinc est quod Syri illi præmittunt *alaf* seu *hanzam* ut sic *taw* quiescens initio pronuciari possit.

260 – Sic ergo Syri efformant primam formam auctam intransitivam per præfixionem litteræ *taw* formæ trilitteræ nudæ, v. g. a *امه* dicunt *تامه*; similiter a *فمه* formant *تامه*; item a 2<sup>a</sup> forma aucta v. g. *افجف* formant *تافجف* pro *افجف* convertendo

(1) Etiam Syri Matulæ prope Damascum solent more Arabum in forma *افعل* collocare *taw* post primam radicalem, et non ante ipsam, unde dicunt v. g.

*تافجر* pro *افجر* a radice *فجر* (dilexit).

nempe alaf quod venit post taw in aliud taw euphoniae causa. Ex  $\text{ܘܠܗܘܚܘܒ}$  dicunt  $\text{ܘܠܗܘܚܘܒܐ}$ , et ex  $\text{ܘܠܗܘܚܘܒܐ}$  dicunt  $\text{ܘܠܗܘܚܘܒܐܐ}$ , pro  $\text{ܘܠܗܘܚܘܒܐ}$ , et  $\text{ܘܠܗܘܚܘܒܐܐ}$  postponendo taw litteris  $\text{ܘܠ}$  et  $\text{ܘܠܐ}$  ad vitandum stridorem (n. 258).

Hactenus de formis auctis trillitteris.

**261** — Verbum quadrilitterum unum dumtaxat habet typum *nudum*, et unum quoque typum *auctum* qui a nudo formatur per taw intransitivi initio praefigendum. Unde paradigma verbi quadrilitteri nudi est:

1  $\text{ܘܠܗܘܚܘܒܐ}$  (ܘܠܗܘܚܘܒܐ), v. g.  $\text{ܘܠܗܘܚܘܒܐ}$

Paradigma quadrilitteri aucti est:

2  $\text{ܘܠܗܘܚܘܒܐܐ}$  (ܘܠܗܘܚܘܒܐܐ), v. g.  $\text{ܘܠܗܘܚܘܒܐܐ}$

Facile porro vides horum duorum paradigmatum primum quoad numerum litterarum ac vocalium qualitatem et dispositionem idem esse ac  $\text{ܘܠܗܘܚܘܒܐ}$ , secundum idem ac  $\text{ܘܠܗܘܚܘܒܐܐ}$ , neque ab invicem distingui quoad conjugationem, derivationem etc., sed tantum quod in illa quatuor litterae sunt radicales, in his tres tantum. Imo pleraque quadrilittera derivantur per epenthesim a trillitteris, addita sine certa regula modo una modo altera ex litteris servilibus (Cf. n. 147) nempe vel  $\text{ܘܠ}$  ut  $\text{ܘܠܗܘܚܘܒܐܐ}$  (*contortus est*), vel  $\text{ܘܠܐ}$  ut  $\text{ܘܠܐܘܚܘܒܐܐ}$  (*sustinuit*), vel  $\text{ܘܠܐܘܚܘܒܐܐ}$  (*perterritus*), vel  $\text{ܘܠܐܘܚܘܒܐܐ}$  (*erubuit*), vel  $\text{ܘܠܐܘܚܘܒܐܐ}$  (*egenus factus est*), vel  $\text{ܘܠܐܘܚܘܒܐܐ}$  (*credidit*), vel  $\text{ܘܠܐܘܚܘܒܐܐ}$  (*heroice sustinuit*), vel  $\text{ܘܠܐܘܚܘܒܐܐ}$  (*volvit*), vel  $\text{ܘܠܐܘܚܘܒܐܐ}$  (*retardavit*). Quaedam verba

quadrilittera a trilateris formantur per repetitionem tertiæ radicalis, ut كَجَبْرٍ (in servitute coegit) aut per repetitionem primæ et secundæ radicalis, ut مَكْمُومٌ (medicatus est).

**262** — Ex quibus omnibus vides apud Syros deesse sequentes verborum formas auctas. quæ exstant apud Arabes, nempe: اَعْمَلُ, تَعَامَلُ, اِنْعَمَلُ (1), اِنْعَمَلَلُ, اِنْعَمَلَلَلُ; e converso Syros habere formam مَعْمَلٌ, quæ excidit apud Arabes, etsi iidem Arabes retinuerint ejus derivatam per incrementum 2, i. e. اسْتَمْعَلُ; tandem Syros habere formas مَعْمَلَلٌ ejusque derivatam reciproci nempo اِنْعَمَلَلَلُ, quarum ne vestigium quidem remansit penes Arabes. (2)

**263** — Sciendum præterea Syros non efformare voces passivas verborum ab activis modo quo eas formant Arabes nec non Hebræi, sed eos pro vocibus passivis adhibere formas intransitivi, quæ nimirum habent initio incrementum 2, de qua re infra.

NOTA — Tertia pers. sing. masculina præteriti ex omnibus verbis, desinit semper in litteram quiescentem apud Syros.

(1) Ista forma quæ communis est Hebræis cum Arabibus excidit jam ab immemorabili apud Syros; reperitur tamen hodie apud Syros Matlulæ qui dicunt v. g. مَعْمَلٌ (auditur) اِنْعَمَلٌ (auditus est).

(2) Verum habent Arabes in اِنْعَمَلٌ ut اِحْدُوْدٌ et in اِنْعَمَلَلٌ ut اِنْعَمَلَلٌ formam similem formæ Syriacæ اِنْعَمَلٌ quoad dispositionem vocalium et numerum litterarum, sed non quoad originem litterarum. Insuper hanc formam non adhibent Arabes cum law reciproci ut faciunt Syri.

III — DE MODIFICATIONIBUS QUAS SUBEUNT LITTERÆ SERVILES  
IN FORMIS VERBORUM AUCTIS

**264** — Formæ auctæ sive trilitterorum sive quadrilitterorum verborum subsunt quibusdam modificationibus maxime euphoniæ causa. Videlicet:

A — Quoties prima radicalis est una ex litteris sibilantibus quæ sunt; **מ, מר, מה**, tunc in formandis formis auctis intransitivi quæ scilicet habent initio litteram *taw* servilem, hæc littera, quæ a natura præponenda est primæ radicali, postponi debet litteræ sibilanti, ad evitandum stridorem, et in hoc casu forma aucta evadit omnino talis qualis est ordinarie penes Arabes. Insuper hæc littera *taw* postponenda litteræ sibilanti uti diximus, immutatur in **ו** si littera sibilans sit **ו**, et in **ז** si littera sibilans sit **מ**.

Exempli gratia a **זָוָו** efformatur **זָוָוּוּ** (*seminatus fuit*) pro **זָוָוּ** quod est pro **זָוָוּוּ**; item **זָוָוּוּ** (*splenduit*) pro **זָוָוּוּ** quod est pro **זָוָוּוּ**. Pariter eum **מ**, v. g. a **מָמָמָ** fit **מָמָמָּ** (*innixus est*) pro **מָמָמָּ**; a **מָמָמָּ** fit **מָמָמָּוּ** (*nudatus est*) pro **מָמָמָּוּ**. Item cum **מ**, v. g. a **מָמָמָּ** fit **מָמָמָּוּ** (*crucifixus est*) pro **מָמָמָּוּ** quod est pro **מָמָמָּוּ**; item a **מָמָמָּוּ** fit **מָמָמָּוּוּ** (*erubuit*) pro **מָמָמָּוּוּ** quod est pro **מָמָמָּוּוּ**. Denique eum **מ** v. g. a **מָמָמָּוּ** fit **מָמָמָּוּוּ** (*comminutus fuit*) pro **מָמָמָּוּוּ**; item a **מָמָמָּוּוּ** fit **מָמָמָּוּוּוּ** (*promisit*) pro **מָמָמָּוּוּוּ**.

B — Quoties vero in iisdem formis auctis per litteram *taw* servilem, prima radicalis est una ex litteris

dentalibus, quæ sunt **١**, **٢**, **٣**, tunc littera *taw* servilis non movetur per *mhagjana* (n. 46) sed quiescit, imo quoad prononciationem minime vero quoad orthographiam assimilatur in litteram *taw* sequentem, v. g. **لَاؤَدِنَ** (*memin- nit*), **لَاؤَدِنَ** (*immersus fuit*), **لَاؤَدِنَ** (*discissus est*), quæ pronunciantur **لَاؤَدِنَ**, cum emphasi ad litteram **١**, **لَاؤَدِنَ** cum geminatione **٢**, **لَاؤَدِنَ** cum emphasi ad litte- ram **٣**, minime vero pronuntianda sunt **لَاؤَدِنَ**, **لَاؤَدِنَ**, **لَاؤَدِنَ** ut quidam vulgares perperam legunt.

IV -- DE REGULIS GENERALIBUS CONJUGATIONIS PRÆTERITI

**265** — Præteritum est fundamentum ejusvis verbi, et ab eo tamquam a themate omnia derivata deducuntur. Forma præteriti in verbis trilitteris nudis, exceptis concavis et geminatis, habet primam radicalem seu *pe* quiescentem (n. 102) v. g. **كَلَّمَ** (*labo- ravit*) pro **كَلَّمَ** cum *pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>a* brevi ad *vain*; si tamen prima radicalis in verbis trilitteris nudis de quibus agimus, fuerit *jod<sup>h</sup>* vel *alaf*, tunc ad expediendam prononciationem *jod<sup>h</sup>* assumit *h<sup>h</sup>vas<sup>s</sup>am*, et *alaf* *zlamam* (n. 103), v. g. **كَلَّمَ** (*dixit*) pro **كَلَّمَ**; **سَدَى** (*sedit*) pro **سَدَى**. Secunda autem radicalis hujusmodi formæ in verbis indicatis habet semper unam ex tribus vocalibus nempe vel *pt<sup>h</sup>ah<sup>h</sup>am*, vel *zlamam* vel *rwah<sup>h</sup>am* (n. 254).

**266** — Reliquarum formarum præteritum nempe



Arabes in nominibus *taw* formativa fœm. transit in *be*, unde dicunt Hebræi **כַּחֲדָשׁ** pro **כַּחֲדָשׁ** Syrorum. Porro hæc formativa **כ** quiescit ut apud Syr. nisi ei subnectatur aliquid; habet sonum *lenem* pro 1<sup>a</sup> sing. et 3<sup>a</sup> s. f., et *durum* sen *asperum* pro 2<sup>a</sup> pers. Insuper habet ante se *zlamam* pro 1<sup>a</sup> pers. sing. v. g. **مَهَلَا** (*occidi*), **پهلاه** pro 3<sup>a</sup> sing. fœm. v. g. **مَهَلَا**, et in tota 2<sup>a</sup> persona littera quæ præcedit hanc formativam quiescit, (1) ita tamen ut ipsa formativa mobilis fiat in 2<sup>a</sup> plur. v. g. **مَهَلَا**, minime tamen in 2<sup>a</sup> fœm. ex eo quod littera **ب** quæ post illam venit, *non* pronunciatur, v. g. **مَهَلَا** (*occidisti* f.). Porro notum est litteram **ت** formativam præteriti apud Arabes habere pro 1<sup>a</sup> persona vocalem *u* et apud Hebræos *i*, ex eo quod hæc duæ vocales nempe *u* et *i* sæpe in linguis Semiticis (sicut et in ceteris mundi linguis) inter se permutentur; pro 2<sup>a</sup> masc. sing. vocalem *a*, et pro 2<sup>a</sup> fœm. sing. vocalem *i*, itemque apud Hebræos.

Formativa **ك** adnectitur præterito pro 1<sup>a</sup> plur. estque quiescens, v. g. **مَهَلَا** (*occidimus*), nisi ei addatur altera **ك** tunc prior movetur per **پهلاه**, verbi gratia **مَهَلَا** (*occidimus*) (2).

(1) Origine habebat *a* pro 3<sup>a</sup> sing. masc., et *i* pro 2<sup>a</sup> sing. fœm. ut in Arabica lingua, quod reappareret cum suffixis, ut *videbitis*.

(2) Notandum est litteram nun formativam 1<sup>o</sup> pers. pl. esse in lingua Hebraica motam sicut in Arabica, at per *u* non per *a*, i. e. per motionem nun pronominis *anahu* quod est pro *anahu* {Nos} (n. 217). In dialecto antiqua Chaldaica nun prædictum movetur per *a* sicut in Arabica lingua i. e. per *zqafam*, ut **مَهَلَا**. In dialecto autem *Maclulæ* nun accipit motionem *a*, sed post hanc vocalem additur *h*, dicunt enim **مَهَلَا** pro **مَهَلَا** vel **مَهَلَا**. Ex hoc usu qui conservatus est apud Syros *Maclula* videtur provenisse secundum nun quod sæpe

Formativa **o** adnectitur præterito pro 3<sup>a</sup> plur. masc. ;  
**u** autem adnectitur pro 3<sup>a</sup> plur. fœm.: ambæ tamen scri-  
 buntur sed non leguntur, v. g. **مَهْدَه** (*occiderunt ipsi*),  
**مَهْدَه** (*occiderunt ipsæ*), quæ leguntur ambo tamquam  
**مَهْدَه**. Tamen waw et jod<sup>h</sup> leguntur quoties veniunt post  
 litteram infirmam ut videbimus (1). Leguntur quoque sem-  
 per si eis additur nun pleonasmī ut **مَهْدَه** et **مَهْدَه**.

269 — Ex dictis vides tertiam radicalem verbi  
 in præterito ubique quiescere, et tantum ante 2<sup>o</sup> sing.  
 nec non ante 2<sup>o</sup> 3<sup>o</sup> fœm. sing. mobilem fieri, in primo  
